

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Geo-hydrographia s. orbis terrarum descriptio - Cod. Ettenheim-Münster 111-116

Anglia, Scotia, Hibernia - Ettenheim-Münster 113

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput II.

[urn:nbn:de:bsz:31-111144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111144)

De Scotia.

Scotia | Scotland, Vefottland, Escpe: | Regnum sic dictum à Scotis Suthia Europa seu Septentrionalis Germania, vel ut alii contendunt, Cantabria in Hispania | Biscajen: | populis, qui Mare Sulcantes primum in Hybernia residerunt, indeque, cum hæc regis nuntius angusta ipsis facta fuisset, in Septentrionalium Britannia plagam appulsi, eidem nomen suum indiderunt. ~~non prius Caledoniam seu Britanniam Septentrionalem discesserunt~~ Quo tempore autem id evenit, certo definitum non potest: vetera regionis Chronica memorant, Scotos ex Hybernia Duce ac Rege ipsorum Fergus Ferguar-di filio circiter trecentis quadraginta ante Christum annis in eam venisse; alii contendunt eos ducentis aut trecentis proximis post Christum annis in eam appulso fuisset: Sed forte iterata duntaxat eorum fuit exsecutio, et, quemadmodum Scoti tunc tulerunt, auxilium, quod Hybernia Scoti gentilibus suis tulerunt, vel, ut alii volunt, novum tentamen fuit, quod Duce Renda seu Rutari Rege eorum facere, ut in regionem hanc, à qua exturbati fuerant, demum penetrarent.

Unde verò hi populi Scoti dicti fuerint, nequam satis est exploratum: Antiqua vulgaris opinio fuit, eos nomen traxisse à Scota filia Pharaonis Regis Ægypti, qui Ægypti tempore vixit. verum hæc opinio ab omnibus Historiographis Scoticis velut putida fabula rejicitur, arbitrantur ipsi, nomen istud à veterum Germanorum vocabulo Suttan seu Schuten, quod idem est ac Lorarius | Ἰάπυρος: | provenire, proinde eandem ac Sytharum nomen habere significationem. Quidquid ea de re sit, nomen istud Romanorum etate ignotum fuit, nec ante Theodosii Imperatoris tempora ullum apud Romanos Scriptores extat vestigium illius vestigium. Ipsi Romani, quod ipsorum prodit historia, Scotos Caledones seu Caledonios duntaxat vocarunt, ipsorumque regionem Caledoniam, item Albaniam à voce græca Albian, quo nomine etiam universa Britannia venit, prout supra statim hujus libri initio n. i. annotavimus, post etiam Britanniam barbaram idam dixerunt, quod Scoti diu et animosè ipsis obtulerunt, ac jugo, sub quod Britannia australis jam ab ipsis fuerat adducta, subijci renuerunt; et alimur habemus, Romanos more Græcorum, quidquid Romanum non foret, Barbarum dixisse.

Scoti alio nomine à Romanis Briti fuisse nuncupati,

Scoti seu Picti ex Septentrionalis Caledonia montibus et va-
lut antrois erumpentes maximam hanc Meridionalis regionis
sua partem, quam Romani Australis Britanniae provinci-
am fecerant, demum occupaverunt ac tenuerunt usque ad
Saxonum in Britanniam adventum, tum enim hi illos in-
de iterum exturbaverunt: at sub finem Saevi IX. Scoti Du-
ce Malcolmus Rege suo egestis Saxonibus illius possessionem
iterato obtinuerunt, atque Princeps universa Caledonia
unico Regi paruit, atque sub Scotia nomine nota facta
est.

Regni hujus antiquitatem iactant Scoti, ajuntque se
per 2000. annos semper proprios et ex gente sua Reges esse
habuisse, nec unquam ab ullo hoste penitus devictos fuisse,
horumque Regum suorum recta linea sibi invicem succeden-
tium protoparentem fuisse Fergum I. Verum haec
genealogia ut et Scotorum ipsorum origo variis difficulta-
tibus obnoxia est: Tandem an. 1603. post mortem Eli-
sabethae Angliae Reginae ipsorum Rex Jacobus VI. Mariae Stuae-
tae, cui, post 18. annorum custodiam 18. febr. an. 1587. caput
amputari iussit dicta Elisabetha, filius, Angliae Regnum sub
nomine Jacobi I. adeptus est, sicque Princeps ambae natio-
nes ad hanc usque diem unicum habuere Regem; Tandem
que an. 1702. sub Anna Regina in unum coaluere Regnum,
quod apud veteres nomen Magna Britannia
vocatum fuit.

4 Scotia et Anglia

Scotia limites habet ad orientem Mare Germanicum, ad
Meridiem Angliam, à qua Ituna | Eden | Tweeda | Tywede |
~~ibidem~~ et Cheriota | Cheriotes | Mons illam sepa-
rant. ad occidentem Mare Hybernicum et Insulas occiduas,
et ad Septentrionem Oceanum Genealedonium et Orades
Insulas. Illius longitudo est circiter 380. miliarium
Anglicorum, et latitudo 190.

Aerem habet paulo frigidiorē quam in Anglia, sed
tamen puriorem et salubriorem, unde Scoti plerumque in
braam usque senectam dies suos protrahunt.

Longissimi dies in Scotia communiter sunt 18. horarum
cum duobus minutis, et brevissimi noctes 5. horarum cum
45. minutis. At verò in Scia | Skie | Insula temporis
Solstitii nox ultra horam cum dimidia non durat, et
in Oradibus Insulis noctes adeo clarae sunt, ut absque anni-
na seu candela legi ac scribi possit.

Solum ejus ob aëris frigoris ubique non ita fertile
est ac in Anglia, nihilominus omnia ad vitam neces-
saria et commoda ita copiose suppeditat, ut non
modo Incolis sufficiant, sed et in ceteras regiones
devehantur, ibique vel vendantur vel pro aliis per-
mutentur mercibus.

Plurimaque montibus, in altis et scopulis
erectis.

Anno Christi 203. Donaldi I. quarto Scotia universa,
postquam Rex iste Baptismum suscepisset, ad Christianam
fidem adducta fuit, quam tamen prius iam multi Inscota
colabant. Quinam veri primus in Scotia Evangelium
annuntiarint, non convenit inter Scriptores: quidam ajunt
fuisse S. Paulum, alii Simonem Zelotem, alii iterum
quis istud Josepho ab Arimathia, vel S. Joannis Discipulis
adscribunt. Quidquid ea de re sit, certe antiquissima
monumenta primotium in Scotia Christianis omnia testan-
tur. Origenes Scotos Christiana Religionis primitiis ad-
numerat. Testudianus memorat Britannia loca, ad
qua Romani pertingere non valuerunt, Christo subiecta
fuisse. Cardinalis Baronius fatetur opinionem illo-
rum, qui afferunt Scotiam primum à Babado, quem
Coelstinus Papa ibi misisse dicitur, ad fidem fuisse
conversam, adversus veteres, eosque optimos, Scriptores
pugnare.

Scoti fervidi Catholici semper fuerunt, adeo ut eorum
quamplures in germaniam transfretarint, ibidem Evan-
gelium predicaturi. Nunquam ullam Religionem
proter Catholicam apud ipsos adrepere passi sunt, usque
ad ea tempora, quibus Elisabetha Anglia Regina Hen-
rici VIII. ex Bolena filia Calvinismum in Angliam in-
duxit, tum enim et ille in Scotia sub Rege Jacobo V.
pullulare coepit, cui tamen ipse pro viribus obstitit; at
eo fatis functo sub Maria ejus filia eas dogma istud
vires sumit, ut an. 1560. Solemni Parlamenti edicto
plane confirmatum fuerit, monasteria diruta, Mo-
nachique et Ecclesiastici Catholici expulsi, Papa
in rebus divinis potestas antiquata, Maria Regina
nequiquam obnitente. Nec tamen hoc suo in Re-
ligionem Catholicam favore Proceres efficere valuerunt,
ut non adhuc Catholici in Scotia praesertim in illius parte
Septentrionali magno satis numero degant; attamen
Calvinistae praevalent. Habent quidem Episcopos; at
hi non eam, qua Anglia Episcopi, possunt auctoritate,
sed Presbyterianis, ut vocant, subjacent. Ajunt
in Suprema Scotia playa Septentrionali, quae pro-
minis frigore et horridis montibus haud perveniri po-
test, adhuc Idololatrias inveniri.

Quod Scotorum mores geniumque spectat, plerumque
sunt cholericis sanguineis, astrosi, laboriosi, religiosi,
ambitiosi, vivaces, sinceri, fideles, ingenii, sobrii, in-
geniosi, civiles et urbani, praesertim erga alienige-
nas: montanos eniper, quos germani Berg-Scot-
ton vocant; hi enim, quamvis plerumque Catholici,
feri sunt et inhumani, necnon agrestes, fortes ta-

man et strenui: | Litteras amant prosertim poësim et eloquen-
 tiam. Verbo Scoti sunt ad omne Scientiarum genus apti,
 corpore robusti, audaces, et ad bellum animosi; incommoda
 varia patienter ferunt magis, quam Angli; Subtiles sunt,
 factionibus addicti et seditionibus. à longo tempore
 iam propter servatam fidem inelamerunt, quapropter Re-
 ges Francie ex hac natione custodes corporis sibi eligere
 soliti sunt, quibus tamen saeculo praeterito Helvetii in hoc
 munere successerunt.

Olim, prout antiqui Scriptorum testantur, Scotia in sep-
 tem partes distributa erat, quarum cuilibet proprius im-
 perabat Princeps, at postmodum hac partitio antiquata
 fuit, necnon modo trifariam dumtaxat dividitur, nimi-
 rum in Meridionalem, Septentrionalem, ac Insulas
 quamplures ipsam inter et Hyberniam positas. Qui
 partem Septentrionalem incolunt, idiomate ad Hyber-
 nicum accedente utuntur; qui vero Meridionalem, lin-
 guam habent non multum ab Anglica diversam.

Modo Singulas ejus partes expendimus, ac primum agimus
 De parte Meridionali
 Scotia.

448. 611

Part. Meridionalis Scotia prater Insulam Aranam
 seu Arraniam | Arran vel Arran: | viginti provincias
 complectitur: suntque Lornia | Lorne: | Argathelia
 | Argyle: | in qua includuntur Knaydalia | Knaydale: | et
 peninsula Cantyre | Cantyre seu Kintyre: | Flevinia | Lenox: | & necnon Core-
 linghamia | Cuningham: | Coila | Kyle: | Carritha | Car-
 rick: | Galloridia | Galloway: | Nithia | Nithedale: | Annan-
 dia | Annandale: | Essia | Eskedale: | Lidolia | Lidedale: |
 Teriotia | Tivedale: | Tivedia | Tivedale: | Merchia | Mer-
 che: | Landania seu Lothania & Glotiana | Cluydesdale: | & | Lothiane: |
 Sterlinga | Sterling: | Menthitia | Mentheit: | Stratonia
 | Strathern: | et Gifa | Fife: | quibus quidam addunt
 Kenfroaniam | Kenfrow seu Reinfrow: | Baronatum, quem
 ob iniquitatem suam alii omittunt, & Singulas has pro-
 vincias et territoria ordine expendimus.

q necnon Core-
 lia | Corel: |

q | Lothiane: |

q tum etiam quor
 Cuninghamia pars
 448. 613.

De Arania Insula.

Arania seu Arrania, item Annia Insula | Aran seu
 Arran, item Arran: | una ex veterum Hebridibus seu
 Erubis Insulis, Anglis The Western Isles of Scotland.
 Sita est in maris Sinu inter Scotiam Australem,
 et peninsulam Cantyram, ad Meridiam Argathelia, et
 ad Orientem Cantyre. Longitudo ejus est 24. mili-
 arium Anglicorum, Latitudo 7. Centrum illius mon-
 tes occupant, inter quos eminent ille, qui Capra dicitur,

quique multas alit feras. Littora ejus Incolis sunt fre-
quentia. In ea quatuor numerantur Ecclesie, varia-
que Arces, quarum praecipua est ea, quae Brodick nunc-
upatur. Egregium habet portum. Fluvii ejus esse-
cibus abundavit, et littora aleibus, barchis, p. ad illius
partem aquilonarem maximum occurrit Oppidum, quod, ut
ipfa, Arroania vocatur. Ad Comitatum Hamilto-
nium pertinet, cui vel Insula Comitatus ~~toto~~ vel ipse illi
Comitatus titulum tribuit.

64. ~~418~~

§. II.

De Lorna

Lorna | Lorne: | Haec provincia proprie est pars Sep-
tentrionalis Argathelia | Argyle: | atque fertilissima
simul et amoenissima. Eam Epidii olim habitaverunt
occurrit

Stephanorunum, item Dunstafagus | Dunstfage: |
7. miliaribus Anglicis ad Caesum a Chilmoria | Kil-
more: | et 95. ad occidentem à Dunblano Metropoli
Metropoli à regione Mula insula, a qua 2. vel 3.
miliarium frons separatur, posita, cum veteri Castro
ruinam minitante. Dunstfage nomen Scotium
idem est ac Mons S. Stephani, idque illius latinum
nomen ex Dun, quod Celtium vocabulum est Mon-
tem significans, et Stephano compositum indicat.
Portum habet percommodum. Quidam volunt
eam esse Evohium antiquam Regum Scotiae Se-
dem. à regione hujus Arbis jacent quatuor tenues
Insulae, de quibus nihil occurrit memorandum.

§. III.

De Argathelia.

Argathelia, Argilia, Argathelia, et Argardia
| Argyle: | Limites habet ad occidentem Mare Hy-
bericum, ad Septentrionem Lornam, ad Ori-
entem Leviniam, et ad Meridiem estuarium
Glota. Undique magnis rupibus cingitur, et
Septem in ea numerantur estuaria, quae Scotice
Lochs, id est, Lacus nuncupantur, quorum maxi-
mum et praecipuum est Lochfin, quod ad 60.
miliaria Anglica protenditur, ne non optimis ale-
cibus abundat. Videt ei credit aliud Lochoe dictum,
quod duodecim tenues Insulas complectitur; Ina sunt,
quarum qualibet Castellum habet.

Argathelia interdum The Shire of Inverara, id est,
Comitatus Inveraraviensis vocatur. In ipsius mon-
tibus multa sunt pecora plerumque fera, et Damae.

65. ~~418~~

marantur Ecclesia et duo Castralla, quorum unum Roth-
say, alterum Kems, Latine Cambes dicitur: à Rothrajo
Regum Scotia primogeniti primum Comes deinde Dux
vocati fuerunt, ac Princeps David Roberti III. filius pri-
mus Dux Rothrajoensis dicitur fuisse.

66. 412.

S. IV.

De Levinia.

Levinia | Lenon seu Lenos | Provincia jacens inter Men-
thitiam ad Septentrionem et Glotam | (Clyd) | fluvium
ad meridiem. Nomen habere videtur à Levino | Leven |
fluvio, qui eam perfluit. Alias etiam à sua Metro-
poli Dumbritonio | Dumbarton | Comitatus Dumbrito-
niensis | The Shire of Dumbarton, seu Dombartonshi-
re | dicitur. Ejus longitudo est 26½, et latitudo 18.
viziter miliarium Anglicorum. Veteres hujus pro-
vincia Insulas Wacconagos vocant Ptolomaeus, id est,
populos desertum incolentes Ptolomaeus nuncupat.

Celebrem facit halemum piscatis copiosa, quae in
Aestuarius Lochlong et Lochra exercetur.

Partes hujus provinciae, praesertim ea, quae fluvios attingit,
frumenti apprime fertilis est, alteram montes
occupant, qui tamen haud infructuosi sunt, multa-
que pecora in iis pabulantur, à quibus Insula haud
exiguam faciunt compendium.

Celebris in ea est Lomundus | Lomond Loch | Lacus
spectatissimis Scotiae lacibus apprime adnumerandus;
ejus longitudo ab Aquilone ad Austrum est 24. et
latitudo ab ortu ad occasum 18. miliarium Angli-
corum. In eo 30. Insulae numerantur, quarum
tres habent Tempia, pleraque etiam suis sunt insta-
tae Insulis. Lacus iste admodum piscosus est, at-
que praeter alios eximios pisces, exquisiti saporis
anguillas continet. In eorum quibusdam bitis.
In quibusdam harum Insularum littoribus occurrunt
simul ligatae trabes terrae contactae, quibus Insulae
velut navigiis utuntur, ut de una ad aliam tran-
sire valeant; unde occasio capta est dicendi, Lacum
hunc Insulas fluctuantes continere.

Levinia cuidam Stuarta familiae Comitis et post-
ea Ducis titulum tribuit, quae magnos viros produ-
xit, inter quos praecipue recensetur Bernardus, qui
sub Carolo VIII. et Ludovico XII. Francia Regibus 6000.
Scotis sub duorum Regum stipendiis mercatoribus
praefuit, quos ob animi fortitudinem 6000. Diabo-
los nuncupaverunt. Idem Bernardus Regis An-

71 13.
glia Henrici VII. res multum adjuvit, qui ex Anglia Gran-
cia in Angliam trajiciens Richardum III. Regno deiecit.
Notatur hic Duntanat

Dunbritonium, Dunbritonium, Britanmodunum,
et Castrum Britonum |: Dumbarton, Dumbarton, et
Dunbriton:| Caput provinciae, olim celebre Emporium,
Urbis sita ad ripam Leveni |: Leven:| fluminis, lacum
Lemondum inter et glotam amnem supra saxum pla-
nitie circumdatum. Castello protegitur totius Euro-
pa munitissimo. Saeculi proteriti bellis vigenti-
bus multum afflicta fuit, ipsiusque Salmonum, qui
in ejus maris sinibus vicinisque insulis affatim capie-
bantur, necnon ad varias exteras regiones transvehe-
bantur, negotiatis non parum deperda fuit. Atta-
men modo adhuc in sat magna quantitate capiun-
tur necnon in praecipuas Europa regiones deferuntur.

Hic etiam pinx conficitur, quae ex pinis montium,
quibus provinciae littora cinguntur, defluit.

Urbis haec Romanorum aetate Britannis per fugium
fuit, in qua etiam ultra 300. annos se adversus Vic-
torum, Sotorum, et Anglo-Saxonum incursiones
tentati sunt.

S.V.

anno 67.

De Cuninghamia.

Cuninghamia |: Cuningham:| confinis est ad me-
ridiem Coila |: Kyle:| ad Orientem glotiana |: Clydes-
dale:| ad Septentrionem Renfrowana |: Renfrow:| et ad
Occidentem ostis glota. Provincia haec Danis
nomine exprimitur, quod idem est ac Regis Sedes seu
habitatio, Germanice Königs-frim. Unde quidam
arbitrantur olim provinciam hanc Danos incoluisse:
alii autem contendunt veteres Scotia Reges in ea
Sedem seu Regiam habuisse. Inter opulentissi-
mas Scotia provincias recensetur tum ob soli sui festi-
tatem, tum ob frequentem, quod in ea viget, commer-
cium.

Jo. Jorinum seu Jorinium |: Jorin seu Jorin:| Urbis
primaria provinciae ad ripam ejusdem seu nominis
fluvii, et proximè ad eum locum, ubi in glotam in-
fluit. Ad commercium commodè posita est,
quamvis ad illius portum, quod admodum limosus sit,
non nisi Scapha appellantur. Duobus ab ipsa
miliaribus olim magnificum fuit Coenobium

Kilvingum | Kilering | Dicitur .

2^o. *Largis* seu *Largikum* | *Lairges* | Oppidum positum ad Estuarium *Glota* 7. miliaribus ad occidentem à *Renfroana*, celebre ob *Noværegionum* cladem, qua ab *Alexandro III.* Scotia Rege an. 1263. ibidem affatiffere.

Cuninghamia adiicitur *Renfroana* seu *Randnara* | *Reinfrew* seu *Renfrew* | exiguus *Baronatus* ad merem ipsius *Cuninghamia* collocatus. Antiquæ Regis Scotia Principi *Baronis* titulum tribuebat. Eius *Urbis* primaria eodem ac ipse *Baronatus* nomine venit, necnon ad ripam *Glota* jacet. Inunda est et speciosa.

68. 47140

§. VI.

De *Coila*.

Coila, *Goila*, *Cooulia*, et *Colla* | *Kyle*; item à prima illius Urbe, *Aerea* | *Air* | *The Shire of Air*, *Dest*, *Comitatus Aerea* | limites habet ad septentrionem *Cuninghamiam*, à qua *Jorinus* | *Jorin* | fluvius illam separat; ad orientem *Glottianam*; ad Meridiem *Carrieta* | *Carriek* | à qua *Duno* | *Dun* | amne lacernitur; et ad occidentem *Glota* | *Cyd* | ostium. Longitudo ejus ab ortu in occasum est 22. et latitudo 10. miliarium Anglicorum. Fertile solum habet, quod omnia ad vitam opportuna profert. Nomen habere dicitur à *Coila* Britannorum Rege, cujus caecitas in ea fissus fuit à *Fergus I.* Scotia Rege, qui et ipsum *Coilum* interfecit. Notatur hic

Aerea seu *Ayra* | *Air* seu *Ayr* | Urbis provincia Cypri posita ad ostium *Aerei* | *Ayr* | fluminis, à quo nomen mutuavit, in arenosa planitie, qua ad austrum et Aquilonem in vireta ad duorum miliarium spatium protensa desinit. Egregium habet portum, celebreque commercium exeret; necnon præclaris gaudet privilegiis. per quatuor arcuum pontem lapideum ad eam patet aditus.

69. 47150

§. VII.

De *Carrieta*.

Carrieta | *Carriek* | Confinis est ad septentrionem *Coila*, ad orientem *Nithie*, ad Meridiem *Galovidia*, et ad occidentem *Mari*. *Formanti*, *graminis*, *p.* fertilis est, *bombyce*, *lana*, et *liquis nauticis* abundat. Illius familia *Bousiorum* | *Bouce* | à qua *Robertus Bousius* ortus est, *Comitum*, postea *Ducum*, ac demum *Scotia* Principum dignitatem et titulum tribuit. recensetur hic

minabatur, frequens ac celebris fuit peregrinatio. Non
procul ab ipsa ad oceanum occurrit glenluensis Sinus: The
Bay of Glenluig: |.

3^o Kirkenbrigia: Kirkubricht, Kirkoubright, Kirkudbrige: |
urbicula ad septentrionale litus Astuarii Itunae: Solway-
Firth: | ad ostium Devae: Dee: | collocata. Praecipuum totius
Gadovidiae portum habet.

4^o Ananus Sinus: Loch Rain seu Loch Rian: | Lacus seu
potius Maris Sinus seu Astuarium, quod in Gadovidiam
ab Aquilone ad Austrum penetrat. versus Sinum Glen-
luensem, à quo nonnulla exigua terra angustia sejun-
gitur. Creditur esse Ananiam seu Anabanum Stolo-
mai.

71. 503. 4177

S. IX.

De Nithia.

Nithia: Nithedale, Nithsdale, et Niddendale: | exigua
provincia sita inter Annandiam, Glotianam, Coilum,
Gadovidiam et Itunae Astuarium. Nomen habet
à Nitho: Nith: | flumine, quod illam perficit. In-
menti et pasuorum dives est, ac Incola multa pecora
in Angliam agunt, ibique rationibus ^{suis} convenienti pretio
vendunt. Multa sunt in ea Silva, quarum pra-
cipua est ea, quae Sacra Silva: Holy-Wood: | dicitur, atque
famoso Astronomo Joanni De Sava Borio nomen dedit.
Notatur hic

Dunfreja: Dunfreys, Dumfries, Dumfries, Dumfrie,
et Drumfries: | Urbs ad ripam Nithi seu Nothi: Nith,
seu Noth: | et prope illius ostium. Amoenae est, et
à suo ponte lapides, super quem duo planstra simul
progredi possunt, memorabilis. Maris aestus hic
ad eam usque porigitur; commodumque portum habet,
frequensque in ea est commercium, ubi Mercatores
magnificam habent Basilicam seu Byssam.

Ceterum Urbs haec etiam celebris est ob vetus quoddam
Castellum, in quo initio Saebi XIV. Robertus Broussis
Scotiae Rex Joannem Comineum Regni annulum su-
um interfecit. Quidam arbitratur illam
esse Trimontium Veterum. Illius territorium
fumenti et pasuorum feracissimum est, necnon
Incola ex pecorum et armentorum commercio, quod
in Anglia exercent, haud exiguum faciunt compen-
dium.

Geographi quidam ajunt illam esse Metropolim
eiusdem seu nominis Vice-Comitatus, qui Nithiam
simul et Annandiam, de qua S. sequenti, complec-
titur.

§. X.

De Annandia.

fig. 72.

Annandia seu Vallis Annandi | Annandale: | Ita est ad utraque Annandi | Anand, Anan, et Annas: | fluvii ripam. Limites habet ad ortum Esciam, ad Aquilonem Glotianam, ad Occiduum Nithiam, et ad Austorum Ituna estuarium. Multos habet amoenos saltus, nec non undique lata et fructifera arva. Olim paterna hereditas fuit Bousiorum, à quibus Robertus Bousius Scotia Rex ortum duxit.

Annandum seu Annandia | Annand: | urbs posita ad orientalem Annandi ripam milliari Anglico ab ipsius in mare ilagru. Habet ejusdem seculi nominis castrum.

In bello, quod Scoti adversus Edwardum VI. Henrici VIII. filium gesserunt, urbs haec multis attrita fuit calamitatibus.

§. XI.

De Escia.

fig. 73.

Escia seu Eskia ~~podestadale~~ seu Vallis Eschi | Eskedale: | exiguus tractus. Nomen ipsius, quod vallem, quam Escia | Esk: | annis perfluit, significat, illius situm indicat. ab occasu Annandia, à borea Tiveda et Tevotia, ab ortu ab eadem Tevotia et Lidolia, et ab austro Cumbria Angliae provincia clauditur. Longitudo ejus est vixit 12. et latitudo 8. milliariis Anglicorum. Invenitur penuriam quandam patitur, at copiosam facit penuriam. Quidam geographi tractum hunc Lidolia adscribunt. occurrit

Dalbetium | Dalbet: | urbs tenuis, de qua memorandum nihil occurrit, nisi quod haud procul ab ea Uvelum Veterum extitisse dicatur.

§. XII.

De Lidolia.

fig. 74.

Lidolia | Lidendale seu Lidisdale: | tenuis provincia posita in confinibus Anglia, ubi montium serie à Northumbria ad orientem, et à Cumbria ad Meridiem seeruntur; ad Septentrionem contemminat Tevotia | Tivedale: | et ad Occidentem Annandia. Nomen habet à Lida | Lida: | fluvio, qui illam perfluit. Quia haec provincia Angliae et Scotiae terminos constituit, priusquam haec duo regna sub uno Capite jungerentur, propter utriusque limites circa eam continua lites Scotos inter et Anglos fieri, quae tandem sub Jacobo VI Scotiae et I. Angliae Rege in Scotorum favorem definita fuerunt.

Olim in hac provincia Arx erat Exemi-

torium nuncupata, quae postmodum exiit.

Huius provinciae quidam Geographi adijciunt praeter Es-
ciam, de qua prius agimus, alios duos exiguos Tractus Eu-
siam | Eusdale: | ab Ewo | Ew seu Eus: | sic dictam et ad Oc-
cidentem Lidolia sitam; et Washopiam | Washopdale: |
ab anne Washopo | Washop: | trahentem nomen, et ad Ori-
dentem Tevotia positam. Ceterum hic nihil me-
moriam dignum occurrit.

§. XIII.

De Tevotia.

75. ~~1011~~

Tevotia, Tevoria | Tevodal, Tevodal, Tevot-
dale, et Tevofidale: | Limites habet ad orientem North-
humbriam propriam, à qua monte Cheviota distin-
gitur; ad Meridiem Lidoliam, ad occidentem
Eskiam, et ad Septentrionem Tweediam et Merchi-
am. Fontem et pomorum seu frugum di-
ves est, et inter alia pecora magnam alit orium
copiam.

Incola agrarii semper milites fuerunt, eorumque
virtutem suo danna Angli saepius experti sunt.

Provincia haec nomen sortita est à Tevoti Tevota
| Tevotth: | fluvio illam perfluente. In monumentis
tamen semper Comitatus Rosburgensis nuncupatur à Ros-
burgis veteri urbe et Castello nunc devastatis. occurrit
1^o Jedoburgum | Yedburg: | urbs Tevotia primaria
ad confluentem Jedi | Jed: | et Tifa | Tife: | in confini-
bus Anglia collocata. Proprie nomen Oppidum est
civibus tamen frequentissimum. Non procul ab eo
ad ripam Jedi aliud, scilicet Oppidum vetus Jedoburgum
| Old Yedburg: | dictum.

2^o Rosburgum, Ripa alta, litus altum, Mar-
chemum | Rosburg, Rosburg, et Rosboroug: | Op-
pidum seu urbs una cum Castello, à qua, ut prius
dictum, in Monumentis provincia ipsa delimita-
tur. An. 1468. Jacobus II. Scotia Rex,
dum illam obideret, occisus est. Utroque et
oppidum seu urbs et Castellum in bellicorum tumulti-
bus exiit fieri.

§. XIV.

De Tweedia.

76. ~~1011~~

Tweedia | Tweedale, Tweeddale: | sita est ad Septen-
trionem Tevotiae, et Tevotiae, nomenque habet
à Tweeda seu Tweida | Tweede: | fluvio, qui illam per-
fluit. 28. miliaribus Anglicis longa est, et 18. la-
ta. Aërem habet sudum et temperatum. In
ca sunt montes viventes, in quibus semper inveni-

merae oves pabulantur, quarum lana est optima: item
vales frumenti et pasuorum etiam feracissima. La-
cus ipsius et fluvii piscium divites sunt, praesertim pa-
stantium Salmonum et Anguillearum. Notatur hic

1^o Beblinium, Plebiscium, et Plabilium: Beblis,
Bebilis, Beble, et Plebis: Oppidum sive Urbs tenuis
Tweedie Caput. Juuunda sita est inter fluvios Twee-
dam et Plebiscium: Plebis: à quo nomen habet. Tri-
bus pontibus, tribus Templis, tribus portis, et tribus
plateis instructa est.

2^o Selarium: Selkirk: Oppidum situm ad ripam
Etrivii seu Alrice, vel Elrice: Etterick: fluminis
gamiliaribus Anglicis ad austrum ab Edinburgo, in
vade, quae oribus tam excellentia et salubria praebet
pasua, ut ipsa ad quindecim annos vitam protrahant.

Caput est Vice-Comitatus ejusdem seu nominis,
qui et alias ab Etrivico flumine Vice-Comitatus Etri-
centis nuncupatur.

Selarium celebratur à clade, qua an. 1645. exer-
citus Caroli I. sub Marchione Montis Rosarum: Mont-
ross: affectus fuit à Parlamentariis copiis sub Davi-
de Leslie: Lesly:

§. XV.

De Merchia.

1770. D. 77

Merchia, seu Mercia: Merche, Merce, et Mers, ger-
manice Din March, gallice Le Mers: ~~prope~~ ad ori-
entem Tweedia, et ad Meridiem Lothamiae prope ger-
manicum Mare sita. Frumenti et pasuorum admo-
dum fertilis provincia. Notatur hic

1^o Coldania, Colonia, sive Coldinghamum: Coldin-
gham: Urbs Merchia Caput, non procul à littore ma-
ris germanici, tribus miliaribus ad boream à Bär-
dovico. Notabilis est ob magnificam Moniali-
um Abbatiam circa annum 1100. ab Edgare Scotie
Rege constructam. Tempore invasionis Danicae
hujus Monasterii Abbatissa vultum suum deturpa-
vit, Monialesque suas, ut et id ipsum in se ipsis exage-
rentur, adhortata est, ut ultro morem gesserunt, at-
que, ne à Danis depudicarentur, sibi nasos abside-
runt.

2^o Dunsium: Duns: Oppidum seu Urbs exigua
tribus miliaribus ad occasum à Coldania. Dicitur
esse patria famosi Joannis Duns cognomento Scoti.
Circa an. chr. 1273. mundo editus est: grandior fac-

tus S. Francisci Ordinem ingressus est. Ingenii perspicua-
 citas et Philosophia et Theologia, prout ea stata
 in Scholis docebantur, enucleandis et explicandis sub-
 tilitatibus Doctoris titulum ipsi meruit. Annulatio
 autem eum impulisse videtur, ut opiniones S. Tho-
 me, quem Doctorem Angelicum vocabant, placitis
 contrarias ferre. Semper tueretur: unde amba.
 sibi invicem in Scholis opposita Thomistarum et Sco-
 tistarum secte ortum duxerunt. Joannes Duns
 Scotus Colonia vitam posuit 8. Nov. an. 1308. Vid.
 que de eo memoravimus part. i. Metaph. pag. 109.
 col. 2. in not. ad num. 19. Item in Geo-Hydro-
 graphia lib. i. c. i. Sect. 4. §. ii. n. 94.

Merchia adiacetur Vallis Lodera: | Landerdale: |
 à Lodera: | Landerd: | fluvio, à quo irrigatur, sic dicta.
 Vallis hæc viventibus collibus, frumento, et pasuis
 abundat, nec etiam ipsi ligna desunt. Ejus
 Caput est Lodera: | Landerd: | Oppidum veteri Castro
 munitum.

78. 424

§. XVI.

De Lothiania.

Lothiania, sive Landania, et Landina: | Lo-
 thian: | jacet ad Mare Germanicum atque confi-
 nis est ad Aquilonem Estuario Bodotria: | Girth
 of Gorth: | quo à Tifa: | Tifa: | distinguitur, ad
 Mesem Mari; ad Euronotum Merchia et Terio-
 tia; ad Meridiem Tredia; ad Africum Glo-
 tiana, et ad Casuum Sterlinge. Longitudo
 ejus ab Occidente in Orientem longius protenditur,
 atque in tres dividitur partes, Orientalem scilicet,
 Mediam, et Occidentalem. Pulcherrima
 fertilissima, et populosissima est totius Scotie
 provincia. omnis speciei frumentorum præser-
 tim Siliginis feracissima est; multi quoque por-
 tus in ea numerantur. Nobiles hic permul-
 tas villas et aedes voluptarias possident. occurrit

1. Dunbarum: | Dunbar, Dumber, Dumber,
 et Dambar: | Ubs 9. miliaribus Anglicis ad orien-
 tem ab Edemburgo, et 8. ad mesem à Barovico.
 Portum habet egregium, cujus navale ab editis
 rupibus, que litus ambiunt, protegitur. Hic
 copiosa est aleum et abocum piscatio, qui in
 Franciam aliasque Europa regiones transvehun-

14
75
tur. Scoti, amisso Barrovia, Urbem hanc opti-
tino Castro muniverunt, quod tamen Jureto Par-
lamenti Scotici an. 1567. solo aequatum est. Hic an.
1690. 2. Sept. Exercitus Caroli II. Angliae et Scotiae
Regis à Comwallis fusus est; in eo proles 5000. Sco-
torum ceciderunt, et 11000. capta.

20. Haddingtonia, Hadina [Haddington:] Oppi-
dum seu Urbs posita ad Tinum [Tyne:] fluvium,
6. miliaribus Angliis ad ortum ab Edemburgo,
in ampla planitie. Olim in Anglorum potesta-
te fuit, qui illam munimentis instruerunt, et sub
minorennitate Mariae Scotorum Reginae ditionem
in illa sustinuerunt obsidionem. Sub Eduardo VI.
Henrici VIII. filio ab ipsis occupata fuit; quam Scoti
an. 1548. copiis Gallicis adiuti recuperare frustra ten-
tarunt; anno sequenti tamen Angli ipsi eam mu-
nimentis nudaverunt.

30. Bassa [Bass:] Insula uno miliarium à continen-
te distita, et in Sinu Edemburgensi ad meridiem
Maje Insula posita non paul à Nort-Barrovia
[Nort-Barwick:] Urbe, quae sita est ad littus Lotha-
niae 18. miliaribus Angliis ad orientem ab Edem-
burgo.

Insula haec rotunda est figura, ambituque suo
miliarium circiter complectitur. E maris sinu velut
exurgens longius in altum protensa praecipitis saxis
cingitur, adeo, ut ad eam perveniri non possit
nisi versus Africum ope angusti in rupe exisi sca-
lorii; necnon quicquid in ea necessarium est fune
suum trahi debet.

Nihil in illa memorabile occurrit, nisi quod in ex-
celsa rupe Castellum habeat inaccessum, ac, ubi suffi-
cienti aëre instructum est, invincibile. Sub
finem saeculi XVII. à quibusdam, qui adhuc à partibus
Jacobi II. habant, ope quorundam in eo custodia de-
tentorum occupatum fuit, atque Wilhelmo III. ma-
gno statit labore, donec illud ad obedientiam redu-
ceret.

In hujus saxoni montis supercilio gramen crescit,
adestque fons aquae dulcis. In ea etiam dan-
tur Anseres marini [Solam - Gese:] qui magno
numero mense Aprili huc advolant, et subsequenti
mense Septembri iterum avolant. Haec sunt
praecipua loca, quae in parte Orientali Lothianiae occur-
runt. In parte illius media vero occurrit

40 Musselburgum | Musselboroug, Musselborow, Mus-
selburg, et Musceleboroug: | Ubs amoena sita ad Bodo-
triam Aestuarium | Hirth- of Roth: | non procul ab
Edemburgo ad orientem. Inde nomen accepit, quod
olim pene non nisi piscatores illam inuolent, qui
conchyliorum, anglice Mussel, germanice Musseln,
captura vitam sustentabant. Ubs haec in histo-
ria celebratur ob cladem, qua sub Anglia Rege Edu-
ardo Scoti prope ipsam affecti fuere.

50 Edemburgum, Edenburgum, Edinum, seu Edi-
nodunum, et Aqueda | Edinboroug, et Edenboroug: |
Primaria totius Scotia Civitas, ac, ante mortem Eli-
sabethae Angliae Reginae non utriusque Regni
& conjunctionem, et Parliamenti Scotiae Regum sedes. Locus ubi,
quam amoenus et fertilis cingit ager, posita est non
procul a Bodotria Aestuario, 26. miliaribus ad occi-
dum a North-Barro, et 22. ad orientem a Linmucko
| Linlithgo: | ampla est, populosissima et venus-
ta, magnificisque aedificiis ornata, inter quae emi-
nent Palatium Regium, quod quatuor continet
areas, necnon perpulchris hortis pene cingitur; in
eo est Templum olim Monachorum Augustinianor-
um, qui ibidem Monasterium habebant a Rege
Davide fundatum, quod in flammis abiit; item
alterum Palatium, in quo priusquam ambo Sco-
tia et Anglia Regna in unum coalescerent, Prae-
ses agebant Comitibus. Non procul ab illo occur-
rit Bura Regia, in qua Bura sunt tabernarum
series; item alia Bura sed non aequae magnifica.

Castro protegitur supra inaccessam rupem posito
quod olim velut invincibile habitum fuit. Idem
vates, alata castra vocare; postea Castrum
puellarum dictum est, quod Pictorum Regum gy-
naseum esset.

Edenburgi adest Universitas, in qua octo nume-
rantur Professores, unus Theologiae, quatuor
Philosophiae, unus Humaniorum, unus linguae
Hebraicae, et unus Mathesis. Praeclarum ha-
bet Bibliothecam, in qua inter alia aservatur

* Georgius Bu-
chananus an. vne est, ut pellicidum set: item cornu multis pol-
1506. in quorum huius longum, quod 4. maji an. 1671. ex capite
Scotia pags obs-
uris parentibus
natis, Parisiis operationem ipsa adhuc 12. annis superfluit: Item

autographum protestationis Bohemorum adversus Synodum Constantiensem, quod Joannem Huss et Hieronymum Pragensem an. 1417. igni addixisset; et ei appensa videntur 105. sigilla Bohemorum, Moravorum, et aliorum Bruniipum.

Edenburghi etiam est Curia monetalis. Item Collegium Medicorum una cum Specioso Museo, quod à suo fundatore Andrea Balfurio | Balfour | Museum Balfurianum vocatur; in eo per multa naturae et artis curiosa videntur. Admittit etiam duo Nosocomia, unum, quod S. Thomas dicitur, in quo multa hujus Civitatis utriusque sexus persona honestè aluntur; alterum Harriotianum à Georgio Harriot aurifabro, qui illud sub Jacobo VI. fundavit, nuncupatum, in quo educantur 40. pueri, è quibus ii, qui ad studia judicantur apti, ad Universitatem mittuntur, reliqui opificiis destinantur; commodum illud est, necnon pulchris hortis instructum. Non procul à Templo Nosocomii S. Thomas occurrit Sophronisterium, cui includuntur ii, qui moribus depravati vitam agunt inhonestam, atque opificiis laneis, lineis, et bombycinis adstringuntur.

Edenburghum est etiam Sedes Episcopalis Metropolitana Regimundana seu Sani S. Andrea | S. Andrewis | olim subjecta. At modo illius Episcopus sub Presbyterianis est, nec majori gaudet jurisdictione, quam quilibet alius parochus, ac non nisi vacuum Episcopi titulum gerit.

In hac Civitate duodecim numerantur Ecclesiae, Cathedralis S. Agidii dicitur; adeò magna est, ut in tribus distinctis ejus locis, quae tot sunt parochiae, officia divina celebrentur.

Urbs haec antiquis moenibus circumgitur, postquam ad partem Septentrionalem, ubi laeu clauditur. Sex habet portas, duas ad orientem, duas ad meridiem, unam ad Septentrionem, et unam ad occidentem.

Cum non nisi 40. miliaribus Scotiis ab Angliamontibus distet, in bellis, quae Scotos inter et Anglos vixerunt, multis oppressa fuit calamitatibus. Anno 1650. Cromwellius devictis prope Litham | Leith, seu Lyth | Scotis, qui pro Carolo II. Carolo I. quem ille priori anno capite plesti jufferat, arma sumebant, medià, eaque rigidissima hyeme, sine magno labore illam una cum Castro in suam redegit

primum litteras coluit sub Joanne Major gentili suo. postquam deim Graniam, Italiam, Portugalliam, ubi in tunc recens erecta Comimbriensi Universitate docuit, necnon Angliam peragrasset, tandem in patriam rediens an. 1560. Calvinismum professus Regis Jacobi VI. Informator factus est. obiit 28. Sept. an. 1582. annos natus 76. Satyras adversus Graniscanos scripsit, quae ipsi ab his Monachis nomen haratici et Athei meruit.

o.
61.
62.
63.
64.
65.
66.
67.
68.
69.
70.
71.
72.
73.
74.
75.
76.
77.
78.
79.
80.
81.
82.
83.
84.
85.
86.
87.
88.
89.
90.
91.
92.
93.
94.
95.
96.
97.
98.
99.
100.

potestatem. Anno 1689. 13. Julii Dux Gordonius | Gordon:
Don: | Wilhelmo III. eam tradidit. An. 1701. incendio
magnum pars est damnata; es plura aedificia
consumpta fuerunt; Archivum Euleiasticum, in quo
acta à Religionis mutatione aservabantur, una
perit.

80. Lytha | Leith seu Lyth: | Urbs exigua sed mer-
catoria una cum portu ad ostium ejusdem seu nominis
fluvium, qui Suburbium ab ea distinguit, et ubi Estua-
rio Bodotricae immergitur, posita milliari Scotico seu
Anglico ad Septentrionem ab Edenburgis.

Anno 1544. Angli devastato Edenburgis Urbem hanc
incederunt: postmodum demum refecta est, ac sub
Maria Scotia Regina validis propugnaculis et Castro
munitissimo ad maris latus posita instructa. Verum
Angli ad instantiam Protestantium Scotiae adversus
Mariam Reginam suam rebellem ab Elisabetha
Anglia Regina missi post duorum mensium obsidio-
nem Urbem hanc obtinuerunt, munitionibusque mu-
darent. Castrum eoque suffoderunt Maris
fluctus, ut in illo munum haberi possit presidium.

Portus ejus, qui alias Edenburgi portus dicitur,
in mediam usque Urbem protenditur, tantaque est
ejus profunditas, ut maxima nares onerariae ibi
appellantur, earumque quinquaginta in eo con-
sistere valeant. Haec sunt Urbes quae in
media Lothianica parte notatu dignae occurrunt.

In Occidentali vero recensetur Duntanath
7. Linlithgow | Linlithgo, Linlithgow, Linlithgo, Litgow,
et Lithgo: | Urbs venusta, aere seu Palatii Regio,
Templo magnifico, et praefata Curia seu Oratoris
ornata, una cum rivario amplo et pulchro.

Laen pinnoso iungitur, et sita est inter Dumblan-
num | Dumblan: | in Mentithia, et Edenburgum,
ad Estuarium Bodotricae, undecim vel duodecim
milliaribus Anglicis ad occidentum ab Edenburgis.

Vetus est ac olim Lindum dicta fuit. Tri-
bus ab ea miliaribus Anglicis ad Sinum Bodotricae
jacet Castellum Blaknes dictum, quod velut portus
et apotheca est hujus Urbis, ubi Magistratus teloni-
um seu tabernam tributariam habet.

Illius territorium, quod inter Avonam seu Alau-
nium | Avon: | et Almonem | Almonde: | flumina
ad 14. miliaria Anglica in longitudine porrigitur,
et ad 9. in latitudine, carbonibus fossilibus, calca-

et Sale albo abundat; necnon aetate Jacobi VI. argenti
fodina in eo deprehensa fuerunt.

§XVII.

77
79.

De Glotiana.

Glotiona, seu Vallis Glotiona | Clydesdale, seu
Clydesdale, et Chisdale: | confinis est ad occidentem
Cuninghania et Renfroana; ad Meridiem Nithia;
ad Orientem Lothiana et Tvedia; et ad Septentrio-
nem Sterlinga.

Nomen hunc derivat à Glota
| Clyd seu Cyp: | fluvio, qui mediam perfluit, atque post
in Mare Hybernicum precipitatur. In binas

dividitur regiones, Superiorem nempe et Inferiorem:
Superioris longitudo est 35. et latitudo 10. miliarium
Anglicorum; Inferioris vero longitudo est 36. latitudo
20. miliarium.

Fumentis et pabuli dives est, om-
niaque ad vitam necessaria suppeditat abundanter.
Multis quoque instructa est carbonum fossilium,
calis, plumbi, et lapidis lapuli fodinis. Adhuc
etiam reliquiae militaris Romanorum via, qua
ab uno illius extremo ad alterum protendebatur. No-
tatur huius

1. Glasgovium, Glasna, et Glasnum: | Glasgow,
Glasgow, Glasgow, Glasco, et Glasquon: | Civitas
totius Glotionae primaria, et pulcherrima, sita ad
ripam Glota in confinibus Cuninghania seu Ren-
froana, et Levinia, 12. miliaribus ad Agricum à
Dumbritonio | Dumbarton: | et 52. ad Occasum ab Eden-
burgo, cum portu ad Glota Ostium posito, in quo ma-
xima etiamnum navigia tutè consistere possunt.
Hic merces comparantur et depromuntur, atque ma-
ximum unctarum occiduarum Scotiae provin-
cium exercetur commercium. Adest etiam pra-
clarus octo arcuum pons lapideus.

Maxima huius Civitatis pars planum occupat, ubi
quadratum formae efformat. Quatuor sunt pra-
cipuae illius plateae, quae in quatuor regiones illam
distribuant, variis publicis aedificiis ornata. Sa-
tis munita est, ac in Scotiis tumultibus saepe
belli theatrum fuit.

Primum Sedes Episcopalis fuit, quam aliqui in
honorem S. Kentigerni an. 540. erectam fuisse di-
cunt: at verisimilius est eam an. 1046. à Malcol-
mo III. fundatam fuisse. Archiepiscopus Eboracensis
illam sibi subijcere attentavit, at Celestinus Papa III.

per Bullam an. 1192. editam liberam declaravit. an. 1471.
Sixtus Papa IV. Archiepiscopalem fecit: at Sedes hae
unacum sua dignitate et jurisdictione à Presbyterianis
antiquata fuit, relicto inani et vano titulo.

Ecclesia Cathedralis, quae S. Mungonis dicitur, adhuc
subsistit, posita est in Suprema parte Civitatis; stu-
pendam illius magnitudinem et magnificentiam om-
nes admirantur, duas completitur Ecclesias quarum
una alteri superposita est, interiori variis columna-
rum seriabus, et exteriori praestitis turribus decoratur.
Prope illam Castrum videtur olim Archiepiscopi pala-
tium.

Verum praecipuum hujus Civitatis ornamentum est
Universitas, aedificium pulcherrimum et pluribus ar-
tibus distinctum. An. 1483. Nicolaus Papa V. ad instan-
tiam Jacobi II. Scotiae Regis illam iis privilegiis,
immunitatibus, et exemptionibus olim Bononiensi
Universitati concessis à Summis Pontificibus con-
cessis donavit. In ea docentur Theologia, Phi-
losophia, Jus Canonicum et Civile, &c.

7 fertili et 7
2. Hamiltonium | Hamilton, Hameltani,
et Hamelton: | Urbs cum Castris munita sita in
7 amena regione ad ripam Glota, 9. miliaribus ad
Africum à Glasgow, 36. ad occasum ab Edinburgo.
Castrum magnifica cingunt aedificia.

Ab hac Urbe proclara quaedam Scotia familia
titulum et qualitatem Ducis gerit, quae et ibidem
magnificum palatium habet et amplum viva-
rium. Jacobus III. Scotiae Rex hujus fami-
liae fastigii fundamenta jecit data filia sua na-
tu maxima Jacobo Hamiltonia Domus Capiti
in Matrimonium una cum Comitatu seu Insula
Aranensi: ipsius nepos Jacobus Comes Aranien-
sis sub minorum aetate Mariae Scotiae Reginae
à Parlamento constitutus est Scotiae Vice-Rex,
atque secundus in Regno et proximus coronae heres
declaratus, si forte Maria sine herede vitam po-
neret. At ortus Jacobi VI. Scotiae et I. Angliae
Regis Mariae filii dispositionem hanc inutilem
effecit.

80. 77. 726.

§. XVIII.

De Sterlinga.
Sterlinga | Sterling, Stirling, Sterlin, Sterlings-
hire, Sterlinshire: | Comitatus in altera Scotia

178
peninsula ad meridiem Tavi | Tay: | fluminis collocatus.
Bini maris sinus, Glota sicut et Fortha seu Bodo-
tria sibi ades sunt vicini, ut Isthmus inter eos positus
ultra 30. miliaria Anglica non porrigatur, in eo
duo continentur provinciae, ad orientem Sterlinga et
ad occidentem Levinia. Sterlinga Alaunio seu
Arona | Aron: | flumine ad orientem circumscibitur,
quod illam à Tisa secerat; ad septentrionem habet
Menthitiam, ad occidentem Leviniam, et ad Meridi-
em Glotianam. Eius longitudo à Curo ad Euro-
notum est 20. miliarium Anglicorum, latitudo
12. ducentarum. ut ut tenuis sit, fertilissimis ta-
men Scotia provinciis annumerari meretur. In
ea 20. circiter parochiae numerantur. Gluvii, qui-
bus irrigatur sunt Carronis | Carron: | Kelvini
| Kelwin: | Cutyri | Coutyr: | Bannock | Bannock:
et Fortha | Forth seu Fyoth: | In ea etiam
Maximus Imperator natus fuisse dicitur, et ubi à
Lothania ad idam iter fit, reliquiae conspiciuntur
muri Romanorum, quem per illam et Leviniam
ab Ostuario glote ad Bodotriam usque 30. vel 35.
miliarium spatio perduxerant.

Plaga occidua Sterlinga magna sui parte monti-
bus tegitur, qui fines constituent ipsam inter et Le-
viniam. Hujus provincia vales frugum et fru-
menti feraces sunt, necnon pulchris vineis inter-
leantur. Montes, qui in eius parte australi sunt
multos ovium greges alunt, et qui occiduam et
Borealem occupant etiam habent vinea, in quibus
magni armentorum greges pabulantur.

Ligni nullam patitur penuriam. Gluvii eius ad-
modum piscosi sunt, praecipue autem Fortha Sal-
monum dives est. Incola ad ignem excitan-
dam variis utuntur materiis; in parte Septentrio-
nali, ubi silvas habent, lignum adhibent; in par-
te Orientali utuntur carbonibus bituminosis; alibi
glebam adhibent, quam ex paludibus aliisque uli-
ginosis locis erunt. Notatur hic

Sterlinium, Sterlinga, Sterlingium, et olim Stre-
velinum, ac Mons dolorosus | Sterling, Sterlin, Stri-
veling, Sterlinborong: | Civitas provincia caput, cui
et nomen tribuit. Sita est in declivitate rupis
cujus pedem Fortha | Forth seu Fyoth: | alluit, unde
Sterling nuncupata est, veteri enim Saxonum

lingua idem Sterling significat ac rupem seu montem.
Glotam lapideam quatuor arcuum pons tegit, qui porta
ferrea clauditur. à Dumblans quatuor miliaribus
Scotiis ad meridiem distita est.

Urbis hae semper magni momenti fuit, Regesque
nihil protermiserunt, quò ab hostibus tutam presta-
rent, ac Jacobus V. praclaris aedificiis illam exorna-
vit. à Castro protegatur, quod rupis summita-
tem occupat, atque tanquam clavis Regni habetur,
opportune enim situm est ad impediendam hostium
in Scotiam Septentrionalem irruptionem. In-
co Regina liberos suos parere solebant, Regique Prin-
cipes educabantur. ad Saxi pedem nemus est Castro
junctum, in quo olim juvenes hi Principes Delicta-
mentum capiebant.

Sunt Sedes Episcopalis. Ecclesia Cathedralis post
Castroium Superuum Civitatis occupat locum: pul-
chra est, et ex lapidibus quadris aedificata cum
proalto Campanili. Cum adhuc Catholica
Religio in Scotia vigeat, prope hanc urbem cele-
bris extabat Benedictinorum Abbatia.

Veteres Urbem hanc Binosbaram dixerunt; at Sto-
lomaus eum Vindovaram nuncupat.

Moneta Anglica, quae Sterlinga dicitur hic pri-
mum visa fuisse ab aliquibus memoratur, atque
sub Saxonibus, Scotis, et Pictis in usu fuisse: at
alii hae de re aliter sentiunt.

§.XIX.

De Mentithia.

Mentithia, Mantithia, seu Taichia | Men-
teith, Mentheit, et Montsayth: | versus Septentrio-
nem hae provincia usque ad Albaniam | Braid-
Albain: | protenditur, ad orientem confinis est Tri-
fa; ad Meridiem Fortha fluvius illam à Sterlin-
ga separat; et ad Occidentem Leviniam attingit.

Nomen habet à Tethis seu Tichis | ~~Forth~~ Teith
seu Taich: | et Fortha | Forth: | fluvius, qui illam
perfluunt et irrigant. Sunt etiam in ea lacus
quidam, quorum praecipui sunt Lacus Kenerinus
| Logh-Kenerin: | et Lacus Conus | Logh-Con: |.
Tredem miliaribus longa est, et quatuor lata.
Haud satis est jucunda tum propter Septentrio-
nalem Regni provinciarum viciniam, quarum
Incola omnino rudes sunt et inhumani, tum
propter Soli sui infecunditatem, colorisque
quam.

quod colonis suis ingratum est et iniquum.

Anno 1715. et 1716. Jacobus III. Jacobi II. filius avitum regnum repetens provinciam hanc et quadam alias si vicinas occupavit ac tenuit; verum à Georgio I. copiis expulsus fuit. Notatur hic

Dumblannum seu Dumblinum | Dumblain seu Dumblan et Dumblane | Ubs Caput provincie posita ad Tethium | Teith, seu, ut alii volunt, leth seu laith | 6. miliaribus ad aquilonem à Stirlinga, et 36. ad Curum ab Edenburgis. Fuit Sedes Episcopalis à Davide I. Rege creata sub Metropoli S. Andrea. Palatii Episcopalis, Curia Canonorum et veteris Ecclesie Cathedralis adhuc supersunt reliquis.

§ XX.

De Straternia.

82.

Straternia seu Strathernia | Strathern, Strath-erne, et Strathearn | Nomen habet ab Eroni | Eronne | fluvio, qui eam perfluit, nam veteri hujus regionis lingua Strath valem significat, juxta fluxum positam. Ad meridiem Menthi-tiam, à qua montium serie distinguitur; ad orientem Gifam et Berthiam; ad septentrionem Atholiam, et occidentem Albaniam respicit. Montibus, rupibus, vallibus, et silvis plena est. Idem Eronus seu Jernus proprie lacu ejusdem lacum nominis in illius parte occidentali scaturiens perfluit, atque in duas partes dividit. Olim Comitatus titulum gerebat, modo Berthia adjecta est.

Invenit ad utramque Eroni fluminis ripam collocata est, in eaque multi Nobiles sedem habent. Plerique contendunt hanc provinciam esse Jernam apud Historicos et Poetas Romanos crebro celebratam, velut proprie regionem illam, quam veteres Caledonii seu Scoti incolere. Hic notatur Duntanath Ubs

Abernethum, Abernetha, et Alvine | Aberneth, Abernethy, Abernethy | Caput provincie posita in extrema parte estuarii, quod Eronus et Taurus in unum confluentes abeum efficiunt, 15. miliaribus ad occidentum à Jano S. Andrea, et 36. ad mesem ab Edenburgis. Olim celeberrima erat, et Metropolis Britonum, Regumque ipsorum Sedes. Fuit etiam Sedes Episcopalis

à Canuto III. creata. Moxo autem antiquus ipsius
splendor evanuit.

83. ~~82.~~ ~~477193~~

§. XXI.

De Trifa.

Trifa seu Otholonia |: Trife:| ad Septentrionem
jungitur Tavi astuario; ad orientem mari; ad Me-
ridiem Astuario Bodotria, a quo peninsula efficitur;
et ad occidentum Menthitia et Sterlinga confinis
est; à quibus Schedi |: Sched:| montes ab uno astua-
rio ad aliud illam distinguunt.

Olim et initio Ross, idest, Peninsula vocata fuit:
Nomen verò, quod nunc gerit, à quodam Trifa Ca-
nuti II. Scotia Regis Bellidue accepit, cui Rex iste
in praemium rei adversus Pictos bene gestae illam
tradidit; hujus Trifa posteris Hereditariis Trifa Co-
mites, dicti sunt, quem titulum et dignitatem eis
confirmavit Malcolmus III. Illorum ultimus
fuit Marcus Roberti Stewarti filius, cui cum
ob perditionis crimen sub Jacobo I. caput ampu-
tatum fuisset, provincia haec ad coronam rediit.

Aërem habet salubrem, solum verò inaequale;
in parte occidua aliquantum montosa est, ipsius
littora frumenti et pasuorum sunt feracia.

Præter Fortham et Taurum fluvios, qui ad Aus-
trum et Boream littora ipsius efficiunt, necnon
Levinum, qui illam intercidit, occurrit Edinus
|: Edin:| admodum navigabilis. Nec prætereun-
dus est locus Levinus in ipsius occidentali plaga
positus, cujus centrum Insula occupat, in qua Cas-
trum est, ubi Maria Scotia Regina a suis subdi-
tis inclusa fuit et custodia mandata, unde ipsa
dein fuga dilapsa majori suo infortunio in Angli-
am se recepit; ibi enim post 18. annorum capti-
vitatem jussu Elisabethæ Reginae capitis diminitio-
nem passa est.

Varios portus habet hæc provincia, quorum præci-
pui sunt Innerkithnia |: Innerkithing:| Bunt-Islan-
dia |: Bunt-Island:| et Elia |: Ely:| ubi copiosi nautæ.
Anno 1715. Marvia |: Marv:| Comes hanc provinciam
pro Jacobo III. occupavit, at anno sequenti Argate-
lia |: Argyle:| Comes exercitum illius dissipavit,
Jacobusque Galliam repetere coactus est.

Ceterum nulla inter Scotia provincias occurrit,
quæ tam numerosam habet nobilitatem. Oc-
currit in ea

cujus ruinae adhuc supersunt. Adest etiam palatium Regium, in quo infortunatus Carolus I. et Elisabetha eius soror Georgii I. Angliae p. legis Avia materna necnon olim uxor Frederici Electoris Palatini, qui per unam hyemem Rex Bohemiae fuit, lucem hanc primum aspexerunt.

83. 400.

Sectio II.
De parte Septentrionali
Scotiae.

Partis Septentrionalis Scotiae quatuordecim numerantur provinciae, scilicet Berthia | Berthia | cui adjecta est Govvea | Govvee | Angusia | Angus | Meruia | Meris seu Meris | Marua | Maru seu Mar | Buchania | Buchan seu Boucan | cui adjectur Garioense territorium, necnon Bangia | Bang | et Boyna | Boyne | Moravia | Murray | cui adjectur Badenochia | Badenoch | Atholia | Athol | Albania | Bruid-Albain | Lochabria | Loquabir | Rossia | Ross | Apsinium | Apsint | Sutherlandia | Sutherland | Strath-Naveronia | Strath-Naveron | et Catheneria | Cathenes |

84. 400.

S. I.
De Berthia

Berthia seu Berthia Comitatus | Berthshire | provincia ad Meridiem et Orientem Atholia | Athol | jacens. In binas partes dividitur, quarum Meridionalis Berthia nomen retinet; Septentrionalis vero Govvea | Govvee seu Govve vel Grove | nuncupatur.

Berthia ad Aquilonem Angusiam | Angus | attingit; ad Occasum Stratoniam | Straton | ad Austrum Trifam | Trife | et ad Orientem Mare Germanicum. Frumentis et pabuliferam est. Eius longitudo est 29. miliarium Anglicorum. Quam plurimis Nobilium aedibus ornata est. Occurrit

10. Berthum, Bertha seu Villa S. Joannis | Berth, seu Johnston | Urbis Caput provinciae sita ad ripam Tavi | Tav | 30. miliaribus Anglicis ad mesem ab Edenburgo. Praecipuis ac momentosis Scotiae Urbibus accensetur, adeo ut Parliamentum iteratis vicibus in ea egerit Comitibus. Praeterea habet Naves in summo Maris estu usque ad ejus moenia appeduntur.

Post veterem Urbem Maris exundatione absorptam, non procul ab eo, quo haec posita prius erat, loco à quodam Scotiae Rege excitata dicitur. Anxilla est murisque optimis cincta, necnon menatoria. Ita composita est, ut quodlibet Opificium ferme suam teneat plateam. Infra hanc Urbem situm est

Castnum, quod Rethuenorum dicitur, in quo Jacobus VI. Maria Scotorum Regina filius in subditorum suorum adversus ipsum tumultibus vita periculum subit. E regione hujus Urbis trans Tavam in gorrea visuntur reliquiae celeberrimi olim Monasterii, quod Seona nuncupatum fuit, in quo Reges Scotiae ungi solebant.

2^o Seona | Scoon, Seon, et Seone: | oppidum ad orientalem Tavi ripam situm tribus miliaribus Scotiis ad boream à Bertha. Olim propter opulentiam Augustinianorum Abbatiam à Rege Davide I. fundatam celebre fuit: in eadem famosum sedile marmoreum, in quo Reges coronari solebant quod Edwardus I. Angliae Rex apportavit, atque, ut sup. Sect. I. §. 4. tit. II. n. 361. memoravimus, modo in Ecclesia Westmonasteriensi cernitur. Hujus Monasterii Templum conservatum est, et Monasterium ipsum ita solo aequatum fuit, ut nudum ipsum supersit vestigium.

3^o Duncaldonia, Duncaldium, Dunkeldium, et Castrum Caledonium | Dunkel, et Dunkeld: | Urbis posita ad ripam Tavi in pede Montis Grampii ii. miliaribus Scotiis à Bertha versus Aquilonem, et 30. ad Africum ab Andropoli. Amoenis Saltibus cingitur. Olim fuit Sedes Episcopalis sub Metropoli S. Andree, speciosamque habuit Cathedralem Ecclesiam. Hodie magnifica Atholis Comitum aedes praecipuum sunt illius ornamentum. Creditur fuisse Caput Caledonia.

§. II.

De Angusia.

1770, 35.

Angusia seu Anghus, et Anguis | Angus seu Angous: | Satis populosa provincia ad Maris Germanici seu Borealis litus versus orientem posita. Ad austrum Tavi sine à Fifa terminatur; ad occasum Berthiam attingit; ad aquilonem Marnia jungitur, et ad ortum ab Oceano pulsatur. Frumenti et pabuli admodum ferax est; multamque numerat Nobilitatem. Occurrit

1^o Forfarium seu Orkha | Forfar seu Forfar: | Urbis Angusia Metropolis et omnium hujus provinciae Urbium vetustissima, 9. miliaribus Scotiis ad Africum à Brachinis. modo eam non nisi oppidulum esse dicunt, cui Castellum adjacet.

2^o Deirdonum | Dundie seu Dundy: | Urbis sita miliaribus circiter ab ostio Tavi, 10. miliaribus Scotiis ad Caucum ab Andropoli, 15. ad Mesem à Bertha, et 30. ab Edenburgis. Creditur esse Aleutum seu Toadunum veterum Horesorum seu Horestorum. Situs, robore, commercio potiusque

optimo et frequentato alebris, necnon pulchris aedificiis or-
nata. Binas habet Ecclesias, et amplum Nosocomium,
in quo egeni cives aluntur. Inca Hector Boëtius* cele-

* Boëtius | Hector: | Orii Historiographus Scotus natus perhibetur.
fuit Praepositus et Professor in Urbs haec adeo validis munita est propugnaculis, ut an. 1651.
Universitate Aber- Cromwellio, qui post Dumbasiense proelium totam
doniensi. Una- penè Scotiam jam subegerat, masculè obtulerit.
cum Erasmo Rote- at Comes Montkins | Monk: | tandem opultu idam
rodano Parisiis litteras coluit. obtinuit.
an. 1526. adhuc
superfuit. Scrip- 3^o Mons Rosarum | Montrose seu Monros: | Urbs exi-
sit historiam Sco- qua quidem sed emporium, sita ad ostium Eskae | Esk: |
tia, cui, ut qui- fluvii, 21. miliaribus ab Andropoli, cum
dam ajunt, varias portu optimo, qui etiam magnas naves sustinet.
immulserunt fabu- Eskae cam in duas partes dividit, quae ad litus versus
las: item inter meridiam est, Urbs nova, altera vetus dicitur. Pul-
alia Tractatum chra eam ornant aedificia, habetque Xenodochium
de Episcopis Aber- pro pauperibus incolis. Creditur esse Obura Ho-
donianibus. restorum veterum hujus regionis populorum.

Anno Christi 1716. 21. februarii Jacobus III. Jacobi
II. Angliae Regis filius alias Eques S. Georgii et Prae-
tendens dictus hic navem conscendere coactus fuit
in Galliam se Dennis recepturus.

4^o Brechinium | Brechin seu Brechyn: | Urbs posita
ad ripam Eskae haud procul à Mari, 21. miliaribus ad
aquilonem ab Andropoli, 3. ad caurum à Monte Ro-
sorum. Celebrem efficit frequens Salmonum et pesc-
um negotiatio. Haec etiam olim Dani caesi fue-
runt.

§. III.

De Mernia.

Mernia seu Mernisia | Merns seu Mernis, item Me-
arons, et Mairnes: | provincia ad Maris litus collocata
Angusiam | Angus: | inter et Marniam | Marr: | Qui-
dam illius nomen deducunt à veteribus suis incolis,
qui Veruicones seu Verturiones nuncupati fuisse dican-
tur, alii à Stromo Equite Mearno, cui Rex Ken-
netus II. eam tradidit, ac dono dedit.

Antiquitus dicta fuit Kincardenia seu Comitatus Kin-
cardiniensis | Kincarden, Kincardineshire: | à quadam
illius ejundem seu nominis Urbe. Montosa non
est sed aequabilis, frumento, frugibus, necnon omni-
bus ad pecuariam requisitis fertilissima, et à piscibus
offatum parata. Ocurrit

1^o Dunovortium seu Dumnotium | Dumnotter,
seu Dumnottyr: | Urbs seu Oppidum cum Castello Mon-
tem Rosarum inter et Aberdoniam | Aberdeen: | Cas-
tellum altam rigidamque, et ad tria latera mari vala-

82
tam rupem occupat; hanc à natura munitionem fortes
muri, turresque aliquot auerunt. In eo est aeterna,
atque etiam memorabilis Romana inscriptio legitur; et
in Eclasia S. Caladri ostenditur hujus Scotie Apostoli
sepulchrum. Quidam oppidum istud praecipuam toti-
us Mernia urbem dicunt.

2^o Corium | Corrie seu Cowye: | Urbs posita in maris ger-
manici litore Aberdonia ad Euronotum, et Bervia ad Me-
sem, ac in exiguo maris sinu, in quem duo fluvii imi-
dunt, qui per omnem modum portum efformant.

3^o Barria | Berry, Barby, et Barry: | Oppidum situm
ad maris litus 3. miliaribus Anglicis seu Scotiis ad Aquil-
lonem à Monte Rosarum | Montross: |

4^o Fordunium | Fordon seu Fordun: | oppidum in
Angusia confinibus positum. Quidam, excluso Dunovor-
tio, ibid Caput provinciae constitunt. Olim ce-
lebritatem ei conciliarunt reliquiae S. Caladri, qui
an. chr. 431. à Papa Celestino I. ad Scotos tunc temporis,
adhae Ethnicos et Idololatrias missus, eos ad fidem adduxit.
veneratio cultusque, quo Mernia populus eo demotus
reliquias ipsius huc Dunovortio translatas prosecutus
est, frequentem effecerunt urbem. Ab hac urbe
seu oppido nomen habuit Joannes Gordon seu Fordun
saeculi XIV. Historiographus, auctor libri, cui titulus Scot-
ti Chronicon, atque Scotiis Historiographus, qui post ipsum
scripsit, magnam lucem attulit, quorum aliqui his-
toriam hanc variis fabulis interpolaverunt.

S. IV.

De Marnia.

op. 87.

Marnia | Mar seu Mar: | provincia maritima potiori
sua parte Dunum | Don: | inter et Deam | Deo: | fluvios
collocata, alias à sua Metropoli seu urbe primaria
Comitatus Aberdoniensis | the Shire of Aberdeen: | dicta.

Limites ejus sunt ad meridiem Govra et Mernia,
ad occidentem Bannochia et pars Perthiae, ad Septen-
trionem Buchania, et ad orientem Mare Germani-
cum. 60. miliarium Anglicorum longa est. Sili-
ginis, Zea, hordei, avenae, pisorum, fabarum est fe-
rtilissima; herbas et radices, quibus coqui et pharmaco-
pola utuntur, copiose profert; montes ejus parvis
sunt fertilissimi; mare et fluvii varias piscium
species ei praebent praesertim Salmones et Troutas, fere
montes, et silvas replent. Interdum etiam in ea
reperiuntur unionum concha rara magnitudinis et
exquisiti coloris, adhaec etiam latomia, calis, mar-
moris, et lapidum sifilium, aliorumque ad constru-

Eructationem adificiorum comparatorum. Aer
hic spirat purus et saluber; frequens in astate de-
dens pluvia messem paulo quidem retardat diutius
quam alibi, raro tamen, imò nunquam ei penitus
infert excidium: hyemem habet mitiorem, quam ab
illius climate exspectatur. Ad ignem excitandum
Incola utuntur gleba, carbonibus fossilibus, et aliubi-
lignis. occurrit

1. Aberdonia seu Aberdona: Aberdeen: | Duæ sunt
hujus nominis Urbes 1500. passibus a se invicem distita,
quarum una vetus Aberdonia: Old-Aberdeen: | altera
nova Aberdonia: New-Aberdeen: | vetus ea ipsa est,
quæ sub Devana nomine antiquis scriptoribus nota
fuit, in ea regione posita, quam Tanalii seu Tasalii
incolerunt. Sita est ad ostium Duni: Dun: | fluminis
7 passibus nis 500. vel 600. à mari, cui flumen hoc immergitur
amba 60. miliaribus Angliis ad septentrionem à San-
cto S. Andrea: Andrews: | et 93. ab Edenburgo distant.

Vetus Aberdonia translato sub Rege Davide I. an. 1100.
ad eam è Muthlao: Muthlay: | Episcopatu sedes Episcopa-
lis facta est; idem etiam corpus S. Beani primi Muth-
laciensis Episcopi deportatum fuit; unde factum, ut Mar-
tyrologis Romans ad 16. Decembris tanquam Episcopus Aber-
doniæ inscriptus fuerit, ubi etiam per errorem Aber-
donia seu Aberdone in Hybernia collocatur. Ecclesia
Cathedralis ex lapidibus quadris constructa est, atque pul-
cherimis Scotia Templis adnumerari meretur.

Præcipuum hujus Civitatis ornamentum efficit Univer-
sitas ab Episcopo Elphinstonio an. 1500. erecta, et è
qua magni viri prodierunt. Eam constituunt: Princi-
palis seu Director, quatuor Philosophiæ Professores, unus
Humaniorum, unus Theologiæ, unus Medicinæ, unus Lin-
guarum Orientalium, unus Juris Civilis, et unus Mathema-
tica. adest etiam Bibliotheca publica.

Aberdonia Nova sive Aberdea: Aberdeen: seu New-Aber-
deen: | Sita est ad ostium Dea: Dee: | fluminis nulliari Angliis
ad meridiem à veteri. Proprie est Caput provincie,
nempe omnes Scotia septentrionalis Urbes pulchritudine,
amplitudine, et commercio antecedit. Opportuno et
salubri loco posita est supra tres colles, quorum eminens
tiorum ad planitiem usque protensum præcipua Urbis pars
occupat; ea est illius figura, ut amphitheatrum exhibeat.
Adesejus concinne sunt ac plerumque quatuor
aut quinque contignationum, eisdem junguntur horti
voluptarii et pomaria, quæ tum ad Sanitatem Incola-
rum tum ad Urbis ornamentum aquæ conferunt.

In occidua Urbis parte duo sunt fontes è colle erum-
pentes, quorum unus puram et limpidam aquam profert,
alter vero minerales, quæ sapore et virtute Spaldanis

fontibus: *Wasser zu Dyga* in Germania et Episcopatu
 Leodiensi propius auadunt. Ecclesia S. Nicolai
 praestans est ex lapidibus quadris aedificium; adhuc etiam
 quatuor *ad* Norocomia et Sophronisterium | *Zuift Fayß* |
 Telonium seu Taberna Tributaria portui vicina est ad
 milliari Anglicis ab Urbe distat, à qua merces ope Sapha-
 rum in Urbem advehuntur.

Frater Scholam, in qua iuventus latinum docetur, adest
 quoque Universitas à Georgio Magna Scotia Marescallo
 an. 1593. fundata, et à Civibus propriis sumptibus multum
 ampliata, necnon insigni Bibliotheca ornata: eam
 constituunt Principalis seu Director, quatuor Philosophia
 Professores, unus Theologia, unus Medicina, et unus Ma-
 thematica, à qua etiam praestantes conditione *vi* *pro-*
dierunt.

Olim aberdonia monetalis curia fuit. Frequens Sal-
 monum seu Isorum in ea causetur commercium, qui
 in Franciam, Belgium, aliasque regiones enteras transfa-
 runtur. Denique Hollandi Banchos, qui in Septrio-
 nalis Scotia littoribus sat abundè capiuntur, huius Urbis
 nomine insigniunt, ac *Aberdonia* | *Aberdeen* | vocant.

Bina haec Civitates indiscriminatum à Latinis *Aberdonia*,
Aberdonium, *Aberdona*, *Aberdonia*, *Aberdone*, et *Aberdo-*
num nuncupantur. Equidem secundum Etymologia re-
 gulas distinctim enuntiarì deberent, et ea, quae ad
Doni seu *Doni* | *Don* | ostium sita est, *Aberdonia* | *Aber-*
don | altera vero quae *Dea* | *Dee* | ostio jungitur *Aberdea*
 | *Aberdeen* | nuncupari deberet, quemadmodum etiam
 illam vocavimus: at communis usus invaluit, ut haec
 nomina promiscue sumantur, necnon utraque Civi-
 tas latine *Aberdonia* s. *Scotice Aberdeen* dicatur.

2. *Muthlamum* seu *Muthlacum* | *Muthlay* seu *Muth-*
lai | olim civitas nunc pagus duntaxat quatuor millia-
 ribus ab Aberdonia, quo, ut supra memoravimus, an.
 1100. Episcopalis illius Sedes, quae *Saulo VII.* erecta fuerat,
 translata est, distat.

S.V.
 De Buchania.

41888 88.

Buchania | *Buchan*, *Bouchan*, *Boucan*, *Buguan*, et *Bu-*
ghan | à *Spa* | *Sprey* | fluvio, qui illam à *Moravia* | *Mur-*
ray | ad occidentem separat, et à *Duno* | *Don* | quo à
Marnia | *Marr* | ad meridiem distinguitur, usque ad Ma-
 re Germanicum protenditur, si nempe pars illa, quae
 Moraviam attingit ac *Banfia* | *Banf* seu *Banf* | nun-
 cupatur, sub ipsa comprehendi dicatur. *Itaque*
omnes *partes* *distra* *hant* *per* *Bucha-*
nia *ad* *orientem* *et* *Septentrionem* *à* *maribus*.

Præter Spæam et Dunum, Doverna, Doverne, et
Ythana | Ythane: | aliique fluvii idam irrigant. Ipsius
varia sunt partes, quæ tot sunt territoria distinctis in-
quita nominibus, ut Buchania propria, Boyna | Boy-
na: | Strathaviria | Strathavin: | Strathbozia | Strath-
bozie-land: | Bamfia | Bamf: | Strathgla Strathgla;
Enzia | Ainsie seu Enzie: | territorium istud cum Bam-
fia aliqui confundunt; Gariocha | Garioch: | et Bal-
venia. Ythanam inter et Dunum jacet qua-
dam terra portis seu territorium Formantin dictum,
amœnum et fertile necnon Incolis frequentissimum.
Pagus Turef omnium Buchania locorum amœnissi-
mus est, venatione celebris, et Nobilium ac Oratorum
villæ, quæ illum circumdant, ornatus. Ali-
quot centenis à Mari passibus versus rudera Castri Stains
varii occurrunt fontes, qui virtute possunt quædam in
lapides transformandi, e quibus Dein calca alba et op-
tima prodit.

Regio hæc pabuli admodum dives est, magnamque
alut ovium copiam, quarum lana magni aestimatur.
Merces non patitur, et si quæⁱⁿ illam offerantur, statim
intereunt. Prope rivum ejus Succinum fla-
vum copiose invenitur, e quo collaria et armilla
pro sequiori seu conficiuntur; aliquando illius massa
quædam reperta fuit magnitudine sua equum supe-
rans. Fluvii ipsius tantam præbent eorum co-
piam, ut id pro miraculo habeatur. Occurrit

1^o Innerovria seu Innerora | Innerari: | oppidum
jacens ad ripam Uvii | Uvi seu Uvi: | fluminis, ubi Dunus in-
mergitur, tribus miliaribus ad Castrum ab Aberdonia ve-
teri. Quidam ajunt illud esse præcipuum Gariochen-
sis territorii | Garioch: | locum. Celebratur à vic-
toria, quam Robertus Brusius | Bruce: | de Joanne
Cumins | Cumins: | et Scotis, qui Scotiam Eduardo I. An-
glia Rege subjugare volebant, reportavit. Ihu memo-
ria dignum, quod cum Robertus iste tunc agitudine pulsa-
retur, in lectica ad prælii campum deferri se fecerit.

Gariochense territorium Buchania pars ad Septentrionem
Duni fluminis jacet, populorum est ac multorum No-
bilitium sedes.

2^o Neoburgum | Niesbourg: | urbs exigua et mercato-
ria, posita est ad ripam Ythana | Ythan: | hanc pro-
cul a Mari, 9. miliaribus Scoticis ad Aquilonem ab
Aberdonia veteri.

3^o Peterheadum | Peterhead: | locus mediocris cum
bono Maris portu, 20. miliaribus Scoticis ad Aquilonem
ab Aberdonia veteri.

4^o Fraserburgum | Fraserburg vel Frazerburg: |
hanc vulgare Oppidum positum in promontoria,

quod Kynaiorda nuncupatur, 6. seu 7. miliaribus ad orientem a Bamfia. Portu maris instructum est.

50 Bamfia seu Bamfia | Bamf seu Bamf: | Urbs ad sinistram Doverna | Doverne: | ripam, ubi in Mare influunt, collocata, et ad occidentem Graserburgi. Caput est eisdem seu nominis Vice-Comitatus. Portum habet perennem ad commercium haud satis comparatum. Cives sola ferè agricultura vivunt, nec præter Hiliginem et asores quidquam aliud negotiantur.

Vice-Comitatus Bamfiensis ad septentrionem ~~Mechanice~~ ~~Mechanice~~ mare attingit, ad occidentem Moraviam, ad Meridiem Marniam, et ad orientem Buchaniam, cuius pars est.

60 Cudenum | Cuden: | Oppidum Boyna seu Bovindæ vel Buvindæ | Boyne: | positum inter ostia Spæ et Doverna. Dicitur fuisse olim spectabilis Civitas. Portum habet quidem, sed ad commercium minus idoneum.

Boyna seu Bovindæ Buchania exiguum territorium ad maris latus collocatum, montosum quidem est sed, ubi mari propius est, fertilissimum.

§. VI.

40300 89.

De Moravia.

Moravia seu Murravia | Murray seu Muray: | posita est juxta Mare ad occidentem Buchania inter fluvios Spæam | Spæy: | ad orientem, et Nairnum | Nairn: | ad occidentem. Eius longitudo est 90. miliarium Scotiarum, et maxima latitudo 30. Optima est et fertilissima omnium Scotia Septentrionalis provinciarum, fomentum, pavorum, frugum, piscium, ferarum ditissima.

Solum habet adeo gratum et mite, ut in ea messis percipere finem habeat, antequam in vicinis sibi provinciis huserit initium. Plana et aequalis est, si colles quidam excipiantur, qui majorem adhuc ipsi conciliant amoenitatem.

Præcipui ejus fluvii sunt Spæa | Spæy: | Nairnus | Nairn: | Sindarnus seu Sindornus | Sindarn seu Sindorn: | et Herinus | Herin: | In duas partes distribuitur, quarum major Comitatus Eginensis | Shire of Elgin: | et altera Comitatus Nairnensis | Shire of Nairn: | nuncupatur. Præcipue illius Urbes sunt

10 Elgia, Elgis, et Eginum | Elgin seu Eglyn: | totius provincie Caput ad locam | Lofa, seu Lofe, et Lofie: | fluvium in solo fertili quantumvis aliquantum arenoso posita. Satis ampla est, minus tamen celebris quam antehac fuerit. Præterquam Scoti Protestantium

Religioni nomen dederunt, Urbs hæc Sedes fuit Episcopalis sub Metropoli S. Andrea, illiusque Cathedralis Ecclesia nulli in Scotia quoad magnificentiam cedebat. In hujus Civitatis vicinia Laus occurrit Spinus | Spiny: | dictus, copiosus

olorum multitudinem continens, qui pasuntur herba in illo
crescente, quin tamen in aqua superficie unquam appareat.

2^o. Invernia seu Nefpa | Inverness, et Inverness | Sita
ad ostium Nefpi fluvii 8. miliaribus Scotiis ad Africum
à Nairno. Portum habet, ad quem minores naves appel-
luntur. Commoda est et opulenta. Olim Scotia Reges in ejus
Aere supra eodem amoenam positam residere solebant.

Situs ipsius opportunitas Commodum impulit, ut eidem
castrum munitionibus instructum adungeret, quo Septentrio-
nales Scotos in officio contineret, sibiq; portum illius aspe-
rent.

Frequens in hac Urbe exercetur commercium, quippe qua
quod ad Nefpi fluvii in Moravia ~~est~~ ostium influen-
tis, nec unquam gelascentis ostium Sita sit. Fluvius iste
nomen habet à lacu Nefpi | Loch-Nefpi | cuius longitudo
ad 23. aut 24. latitudo autem in quibusdam locis ad 12.
et in aliis ad 8. duntaxat miliaria Scotia porrigitur, ac
Esorum seu Salmonum dives est.

Anno Chr. 1710. mense Febuario Jacobi III. Angliae
Regis exercitus, post acceptam prope Dumblanum Men-
thitia Urbem magnam cladem, huc recessit.

Moravia adicitur Badenochia | Badenoch | ejusque
pars esse censetur; ad Septentrionem Atholia | Athol | jacet,
cui contigua est, et ad Africum Moravia, quamque Spaa
| Spay | flumen in duas partes dividit. In ea nihil, quod
memoria dignum sit, occurrit.

§. VII

De Atholia.

90. ~~90~~ ~~90~~
Atholia | Athol, seu Athole | provincia centrum totius
Scotia occupans, jungitur ad ortum Gorrora | Gorry | ad
aquilonem Moravia seu Badenochia, ad oceanum Loch-
bria | Lochbrir | et ad austrum Berthia, Strathernia,
et Albania | Brain-Albain | Lacus penè opplato
est, inter quos quatuor praecipui numerantur, scilicet
Lacus Laganus | Loch-Lagan | a quodam vico ad ipsius ripam
Septentrionalem posito sic dicitur; ex eo erumpit Rorius | Roy |
fluvius, qui Lochabriam ab oriente in Occidentem per-
fluit. Lacus Kennachus | Loch-Kennach | Fra-
chabris | Loch-Eyrachel | cuius aqua ab aquilone ad
austrum fluentes Lacum Kennachum | Loch-Kennach |
efficiunt, quem rivus quidam in illum ad occidentem in-
cumbens arguit. Denique Lacus Garryus | Loch-Garry |
exiguus admodum positus ad Septentrionem Kennachi,

et ad orientem Frachelii: ex ipsius parte septentrionali em-
pit Garius | Gary: | fluvius, qui Blariam | Blair: | Urbem
provinciae hujus primariam paterfluens, multisque rivis
auctus Timmelis | Timmel: | jungitur, ac una cum ipso in
Tarrum | Tarr: | influit. Hanc provinciam olim
insoluerunt Caledonii. Antehac Marchionatus ti-
tulum gerebat, modo Ducatus est. In ea notatur

Blaria seu Blania | Blair seu Blain: | Caput pro-
vinciae, cum Castello posita ad Brossirum | Brossir: |
fluvium 15. miliaribus à Pertho. Nihil in ea oc-
currit memoria dignum.

§. VIII.

488. 90. 91.

De Albania.

Albania | Braid-Albain, Braid-Albin, Braid-Albins,
et Alaban: | jungitur ad Aquilonem Lochabria et Atho-
lia, ad orientem eidem Atholia, ad austrum Stra-
thernia, Mentithia, et Argathelia, ad occidentem
parti Lochabria. Inter praestatos montes Gram-
pius posita est. In ea est Lacus Tarrus | Loch-
seu Loch-Tarr: | praecipuis Scotiae lacubus facile an-
numerandis: ex eo prodit Tarrus amnis, qui Sco-
tiam meridionalem à septentrionali dividit.

Solum habet hominum et inultum, nec nisi hor-
deum et avenam profert, ex quibus Incola panem
conficiunt. gloriantur se genus duere ab antiquis
Scotis, quorum linguam, vestium formulam, viteque
institutum conservarunt. Belliosi sunt, ac ante-
natorum suorum more frugaliter vivunt: alii etiam
Scoti Montani | Brog-Defforan: | item quod armodum sint
agrestes et inhumani, feri Scoti | Wild-Defforan: |
nuncupantur. Quidam ajunt in hac provin-
cia nec Urbes nec Vicos offendi; alii vero quaedam
Oppida et Vicos in ea commemorant, ut Killine-
na | Killinen: | Urbeula ad Lacum Tarrum posita,
de qua tamen nihil ultra dicendum occurrit.

§. IX.

489. 90. 92.

De Lochabria.

Lochabria | Lochquabeir, Lochquaber, Loch-
quahabir, Loquaber, Lochaber, Lochabar, et Lo-
chabyr: | Loma, Argathelia, et Albania ad
austrum confinis est, ad ortum Atholia, ad
Septentrionem Moravia et Rossia, ad occidentem

ab Oceano pulsatur. Piscis abundat, et Lacus
ipsum ac fluvii multos abunt pisces.

Ceterum provincia hae celebratur à prophetia
Banchi. Fuit Banchus | Banchus, Banquo, Stromus
Belidun Scotus à regia stirpe oriundus, ob partes
de Scotis rebellibus seu Montanis, et Danis sub Donaldo
VII. Scotia Rege victorias celebris. Hic facta cum
Mauberto Donaldi consanguineo conspiratione Regem
hunc trucidavit. Maubertus hoc turpi favore re-
gnum adeptus paulo post et circa an. 1050. Banchum
ipsum capite mulcavit, quod prophetiam vendidisset,
qua predictum fuerat posteritatem suam longa an-
norum serie Scotia Regnum possessuram; quae qui-
dem adimpleta est; Animo vero Banchi filius patre
interempto fuga in Walliam se recepit, ibique fili-
um genuit nomine Walterum | Gualtier | qui
Struarti nomen in Scotiam detulit, à quo regia hu-
jus nominis prosapia ortum duxit. Notatur
Guntarat Ubs seu oppidum

Inverlothea | Innerloth, Innerlothe, Inner-
lothy, Innerloch, et Innerlochy: | Ubs hae inter
Iros lacus collocata, quorum unius ripam qui Lothus
| Loth seu Loch: | dicitur ripam attingit, 30. millia-
ribus Scotiis ad Caerum ab Edenburgo. Olim
et antequam à Danis et Norvegis devastata fuisset,
fortitudine et commercio celebris fuit. Willhel-
mus III. eam munimentis instrui curavit, ac presidium
in ea collocavit. Loco ita ameno et jucun-
do posita est, ut olim Reges Scotia non proul ab
ipfa in Castro Evonia dicto sedem haberent.

S. X.

De Ropia.

Ropia | Rop, seu Ropu: | conterminat ad Septentrionem
Strathnavernia et Sutherlandia; ad Meridiem Moravia
et Locharia, ad occidentem et orientem Mari Scotico.

Ceterarum Scotia Septentrionalis provinciarum ma-
xima est, atque ab uno mari ad aliud porrigitur. Mon-
tosa est et nemorosa, piscis ac proinde pecoribus abun-
dat, nec silvis ejus fere desunt; at frumenti penuriam
patitur. Inter lacus ipsius praecipue celebrantur Exus
| Logh-Ex: | in parte illius occidua situs, quem undique
silvae circumdant, in quibus antehac ferrum conficieba-
tur, et Briamus | Logh-Brayn seu Brien Septentrionem
versus; propria aestuarium est, in quo singulis annis copio-
sa fit alium captura.

93. 920 4400

Ad Mare Germanicum occurrit Sinus Tayna | Tyth-
of Tayn | à Tayna urbe, qua illi incumbit, sic dic-
tus. Sinus Cromartii | Tyth of Cromartie | prior
est meridionalis.

Olim Provincia haec proprios habebat Comites, at sub
Jacobus III. Corona adjecta fuit, ac deinceps Regum Sco-
tia secundogeniti Dues Rossia nuncupati fuerunt.

1º Canoricum, Chanoricum, Chanovicum, et Chan-
rea | Chanony, et Chanry of Ross | urbs maritima cum
bono portu, necnon provincia Caput, in apice Moraviae
astuarii, ac in amoena fertiles inter colles planities posi-
ta 7. miliaribus Scotiis à Cromartio ad Africum.

Olim fuit Sedes Episcopalis sub Metropoli S. Andrea, cu-
jus Ecclesia Cathedralis, et Episcopi palatium seu Arx
magnifica erant aedificia.

2º Bellus locus | Beaulieu seu Beaulie | urbs exigua
9. miliaribus Scotiis ad ornam à Canonicis, eo loco sita,
ubi Ferrajus | Ferray | fluvius Moraviae astuario im-
mergitur. Olim a celebri et magnifico, quod in ea
erat, Monasterio celebris.

3º Dingwallium | Dingwall seu Dingwall | urbs exi-
gua ad orientalem Cromartii astuarii litus, miliaribus An-
glicis ab ostio Conani | Conay seu Connel | fluvii posita
in regione fertili. Olim Burgus Regius erat.

4º Tayna | Tagnis | urbscula ad australem Sinus maris,
cui nomen tribuit, plagam posita Dorduno | Dordunoch |
ad meridiem, et 12. miliaribus Scotiis à Dingwallio ad mesem.
Antiquitus patria lingua Bale-Quiche seu Bale Dui-
che dicta fuit à S. Dotheio seu Duicho, cujus re-
liquiae in Collegiata Ecclesia recondita aservabantur.
Libera Civitatis privilegio gaudebat, necnon frequens
erat populorum ad huius Sancti reliquias peregrina-
tio.

5º ~~Cromartium~~ Cromartium | Cromarthie, Comar-
tie, seu Comarty | urbs exigua cum bono portu, qui à
sua amplitudine et securitate optimis non modo totius
Scotiae sed et omnium orientalium Magnae Britanniae
littorum portibus merito annumeratur, unde veteres
illum Portum Sabatis vocaverunt.

Posita est ad Maris Sinum, qui ab ipsa Sinus Cromar-
tii dicitur, sex miliaribus Scotiis ad mesem à Canonicis,
totidem ad Africum à Tayna, et 10. à Dorduno ad
austorum.

Urbs ista etiam nomen tribuit toti cuidam penin-
sula, quae unicum promontorio Terbato | Terbat-
Ness | ad Moraviae astuarium terminatur. Penin-
sula haec juxta quorundam 50. miliaribus Anglicis lon-

lany
helia
Stromm
stas
calbo
cum
Regem
re-
anchum
indiepa
nga on
a qui-
y pater
a fili
qui
gia ha
tatur
mer
inter
lotum
milia
olim
luis
del-
ibi-
un-
t
rom
naria
totis
in m
Mor
alun
mura
- con
que
iala
ion
copie

o.
6.
Br-
us
i.
c.i.
lu-
70.
6.
i.
m
2.
3.
4.
or
57.
i.
r-
t. b.
u.
11
2.
11
7.

ga est, et 30. lata. Idam perfluit Conanus | Conan
seu Connel | fluvius ob uniones, qua in illius aquis colli-
quuntur, celebris.

94. ~~940~~

S.XI.

De Apisio.

Apisium seu Apisium | Apfunt, Apfunt-Shire, Apin
Shire, Apfunt-Shire, Shirapfin, et Shirapfin | tenuis
provincia seu Comitatus, positus inter fluvium, qui
dicitur Chicaig, et Maris Sinum Chenlis-Cung. ad
eam pertinet promontorium quod Dow-Stoir Apfunt
nuncupatur, atque longius in mare protenditur,
amnis Tralign, qui ab alto monte Bin-Moir af
Synt infra And-Brack fluit, laeum perarbit, ac
tandem à mari elibitur. Mons iste ob marmoris
fodinas, qua in eo sunt, celebris est.

Provincia haec in omnibus fere patitur penuriam,
ac praeter milium, equos, boves, et capras nihil ha-
bet; Solus ejus vis tantum profert, quo illius pau-
ci incola vitam trahere possunt. Olim Sutherlan-
dia adscripta fuit, partemque illius constituebat,
at postmodum ab ea avulsa fuit. Quidam
Rofia illam modo adiciunt.

Ad Septentrionem et in Maris litorale partem
occidentali et partem Septentrionali positus
est exiguus Tractus, Edir-Da-Chenlis dicitur.
De eo, ut et de Apisio nihil ultra memorandum
occurrit.

95. ~~950~~

S.XII.

De Sutherlandia.

Sutherlandia | Sutherland, seu Southerland |
ad ortum à mari pulsatur, ad austrum Astua-
rium Tayna | the Girth of Tayne | et Okebus
| Okeb | fluvius eam à Rofia separant, ad
Occidentem tribus exiguis lacubus ab Apisio dis-
tinguitur, ad boream confinis est Strath-Naver-
nia, et ad mesem Cathenesia. Eius lon-
gitudo est ciriter 40. miliarium Scoticoorum à con-
finis Apisii Sulicet usque ad promontorium Doo-
duni, et maxima ejus latitudo est 20. miliarium.
Interdum à sua Metropoli Doroduno Comitatus
Dorodunensis | Dornochshire | nuncupatur.

87

Provincia haec tota montosa est, intra montes illius
 valles sunt, quarum quaelibet flumina et rivi
 irrigant. Tres magnos Saltus numerat lapis, cor-
 ris, rypicapis, vulpibus, lytis, catis, melibus,
 martibus et variarum Specierum avibus repletos.
 Inter aves quaedam reperuntur pphytaeis haud absi-
 miles, quas Scoti Knag vocant, sunt pici virides,
 qui nidos suos rostro in arborum truncis construunt.
 Proter hos Saltus adhuc alia caigua Silva, et Nobi-
 lium vivaria hie occurrunt, in quibus et fera sunt.
 Usque quadraginta lacus in ea numerantur pisci-
 li admodum, et avibus aquaticis, ut Oloribus, onoco-
 talis, et Anatibus feris abundantes. In plerisque
 his lacubus sunt insulae, quas amoenis aestatis die-
 bus Incola habitant.

Hanc provinciam montes, quos Scoti Ords vo-
 cant, a Cathonesia, et Strat-navernia Separant.
 Solum ejus juxta fluvios et rivos fertile est, ae-
 remque habet adeo mitem, ut fructus omnes, quos
 profert terra, maturascant. Lacus et fluvii,
 ut jam dictum, Sufficientem piscium copiam submi-
 nistrant, Salmones quoque frequentes aequae hie
 sunt, ac alibi. Littora magnis ac praestantibus
 piscibus, ut vitulis marinis, galeis, rajis, laer-
 tis, Squatinis, congris, bufonibus marinis, rhom-
 bis ambeatis, et variis conchyliorum speciebus abun-
 dant. Adunt etiam aliquot marmoris et
 aliorum lapidum latonia; item ferri, et argenti
 fodinae, sed haec negliguntur.

Glives hae provincia non patitur, et si qua aliun-
 de in eam asportentur, statim intereunt. Pro-
 fundos et commodos, ~~portus~~ portus habet,
 a quibus Incola solventes merces suas, ut for-
 menta, sal, carbones, croces, boves, lanam, pel-
 les, vellera, butyrum, caseum, Laxum, p. in alias
 regiones transvehunt. Multorum Nobili-
 um habitatio est, illorumque viginti circiter

o.
 61.
 .
 62.
 63.
 .
 64.
 65.
 66.
 67.
 68.
 69.
 70.
 71.
 72.
 73.
 74.
 75.
 76.
 77.
 78.
 79.
 80.
 81.
 82.
 83.
 84.
 85.
 86.
 87.
 88.
 89.
 90.

numerantur castella. Notatur Intraat
Dorodunum, Dornodunum, Durnodunum, et Dor-
noom: Dornock: | urbs Sutherlandia primaria
cum veteri Castello et amplo portu in orientali Sco-
tia littore ad Sinum, qui ab ipsa Sinus Dorodunen-
sis seu Dornocensis vocatur. 126. miliaribus Scotiis
ad mesem ad Edenburgs distat. Emporium est, ac
speciosam habet Ecclesiam. Princeps Eduar-
dus Jacobi III. filius pro patre Regnum Scotia re-
petens cum an. 1746. 19. Aprilis post devictum Geo-
rgii II. Angliae regis exercitum occupavit; at post-
modum Billa et toto Scotiae Regno excedere
coactus fuit. Olim fuit Sedes Episcopalis
Metropoli Andropolitana Subjecta.

§. XIII.

96. ~~972~~

De Strath-Navernia.

Strath-Navernia | Strath-Navern: | Saeculo pro-
terito Sutherlandia adjecta fuit; antehac Afri-
sinum, et Edir-da-Chaulis Tractus duo ad Oceanum
Scotiae occidentalem positi partes illius erant, at
ubi ab ipsa disjuncti fuerunt, tunc non nisi ad Sep-
tentrionem ab Oceano pulsatur, ceteri illius li-
mites sunt ad occidentem Bini memorati Tractus,
ad Meridiem Sutherlandia, et ad Orientem Cathe-
nesis. Longitudo ejus est 34. et maxima
latitudo 12. miliarium Scotiarum.

Ubique montosa est, aequaeque montes, adeo
sunt horridi, excelsi, et nive condicantes, nec
non tanta arborum multitudine densati, ut
nullibi, nisi ad Oceani littus, sementis fieri
possit; unde, cum id Indis non sufficiat, ipsi à
suis vicinis formenta sibi coemere coguntur.

Illorum occupatio consistit in re pecuaria et
venatione, ad quam commoda ipsi est occasio,
montes enim et silvae huc abundant feris, ut cer-
vis, capris, rupicapris, lupis, vulpibus, falconi-
bus, vulturibus, accipitribus, aquilis, aliisque fe-
ris et avibus. Tanta adest leporum copia, ut

videantur hanc Scotia provinciam in suum recepta-
culum elegisse; pecoribus, imò et hominibus ma-
jus sunt damno praesertim hyemali tempore, un-
de sub finem Sauli XVI. Sancivit Parlamen-
tum, ut Incola singulis annis leporum venatis-
ni incumbere.

Provincia haec in quinque regiones distribuitur,
quarum qualibet proprium nomen habet. Duo-
decim fluvii irrigatur, qui variis in locis disse-
si triginta vixiter laevis, quorum aliqui ceteris ma-
jores sunt, q. Littora tribus, vel quatuor maris si- q. efformant.
ribus interrumpuntur. Fluvii, laevis et litto-
ra piscibus abundant; ac piscatura, venatio,
res pecuaria, ligna, et ferrum, frumenti, quae
regis haec patitur, pecuniam affatim sarcunt,
Incola nimirum ferrum, vaccas, equos, fera-
rum exuvias, aliasque similes merces vicinis
suis vendunt, et vicissim ab eis frumentum emunt.
Sunt costati, robusti, laboriosi, defatigationi
cuicumque, frigoris et aestus, famis et sitis tole-
rantia asueti, simul honesti, sinceri, et sobrii.
fors ex necessitate, nam potum imprimis amant.
veterem patriam linguam, qua Hybernica
Dialectus est, retinent. Nec oppida nec
urbes habent, sed vicos duntaxat, ac in tota pro-
vincia duo vel tria solum numerantur Cas-
tella. Turgum (: Turg:) tamen, et
Invernavernum (: Inver-Navern:) quae ali-
qui Urbes seu Oppida dicunt. Turgus in arduo
aestuarii Kuntailii (: Kuntail:) positus est, In-
vernavernus vero ad Ostium Naveroni fluminis
in Septentrionali maris litore.

S. XIV.

De Cathenesia.

41470. 97.

Cathenesia, Cateynesia, vel Comitatus Cathe-
nensis (: Cathenes, Cathnes, Cathnes, Cathnes:)
à suis veteribus incolis Gatinis seu Catinis, et Ca-
rinis sic nuncupata, ultima Scotiae provincia,

unaque illarum, qua ad Septentrionem exti-
ma sunt. Ad Aquilonem et ortum à mari
iungitur, nec procul est ab Orcadibus Insulis.
Montes eam à Strath-paveronia et Sutherlan-
dia ad austrum et Occasum distinguunt.

Quandoquidem nunquam aut saltem exiguo
temporis intervallo Solis astu recreatur, hinc nec
hortorum, nec camporum fruges satis proveniunt.
Adest etiam ligni penuria, et excelsi, prae-
sertim versus Sutherlandiam, montes provinciam
hanc inamoenam efficiunt, à contra ridentia
prata vallas occupant, lacuumque, rivorum,
et stagnorum piscatio, ac ferarum venatio opti-
ma est, item copiosa glaba ligni penuriam
sarcit. Variis in locis, aes, plumbum, et fer-
rum invenitur. Veterum habitaculorum re-
liqua, qua passim offenduntur, tot sunt indicia
provinciam hanc antiquitus populosiorem fuisse,
quam modo sit. È littoribus varia pro-

montoria in Mare promittuntur, ut Hoburnen-
se | Hoburn head: | Sarsideum | Sarside head: |
Dinnetum | Dinnet head: | Noreum | No head: | Cly-
thenesense | Clythenes: | p. Amnium non mo-
do hujus provincia, sed et totius Scotia praestantissi-
mum est Dungisbaum | Duncans-Bay-head, com-
muniter Dungisby-head: | quod versus Orcades Insu-
las protenditur.

Ulim in hac provincia erat Episcopatus, qui Dor-
dunum translatus fuit. Occurrit

1.º Dungisbaa | Dungisby: | Urbis seu Oppidum in
extrema Scotia borealis parte et è regione Orcadum
Insularum positum. Nomen tribuit promontu-
rio, quod Dungisbaum Caput | Dungisby-head: |
vocatur, et de quo proximi locuti sumus. Veteri-
bus Tarvidium seu Tarvedum, item Oreas dictum
fuisse ab aliquibus memoratur, at sunt, qui velint
promontorium istud Ptolomae fuisse Verwium seu
Beurium Albionis Insula, sed verisimile haud est,
Scotiam Septentrionalem Ptolomae aetate specia-
liter notam fuisse.

2.º Vicius | Wick: | Regium Oppidum ad Orientale

cent sub 22. gradu 11. minutis longitudinis, et 59. gr. 2. min. latitudinis. In illis longissimus dies est 18. horarum et aliquot minutorum.

Antehac Dani jus in illas semper prætulerunt, at postquam Jacobus III. qui sub finem seculi XV. Scotis imperavit, Christiani I. Danie Regis filiam Margaritam sibi Matrimonio copulavit, tum his finem habuit, ac Insula ista penes Scotiam permansit. Incolis satis frequentes sunt, qui robusti ac formosi dicuntur. Illorum commercium consistit in piscibus, armentis, carne sula salta, butyro, sevo, coris, lytranum et curiculo- rum pedibus, sale candido, textilibus laneis, tibialibus staminatis, plumis, fumento, &c. Earum solum nudas fert arbores, nisi in quibusdam hortis, qua tamen altitudine seu proceritate muros ipsorum haud excedunt, et quarum fructus raro maturitatem consequuntur: et earum loco herbas et radices eximias, necnon ingentes cynaras proferunt. Hæc etiam per sæpe quercus effoduntur, unde quidam arbitratur eas à diluvio ibidem defossas fuisse. In his Insulis quoque reperuntur lapides figurati piscium et avium referentes. Nulla venenosa animalia patiuntur.

Olim proprios habuere Reges, quorum Dominatio tum finem accepit, cum Reges Scotie, Britie Subactis, illas occupaverunt, post ad Danos et Norvegos pervenerunt, at, eis egestis, Scotias recuperavere. Julius Agricola primus inter Romanos has Insulas detexit, atque Romanis subiecit. Litigatur quinam post Romanos illarum primi possessores fuerint, an Briti, an Saxones, an vero Dani seu Norvegi: lingua et mores Insularum vix non produnt illos Norvegorum progeniem esse, quamvis modò lingua Scotica et mores apud ipsos prevaleant.

Historia Scotica tres harum Insularum Reges memorat scilicet Gavum, quem Claudius Cesar in triumphum abduxit, cujus Tranquillus, Eutropius,* et Beda meminerunt; Belum, qui post acceptam ab Ereno Scotorum Rege cladem sibi ipsi violentas manus intulit; et Gethum Gothici Regis fratrem, qui ex Albione profugus hic Rex factus est.

* Suetonius | C. Tranquillus | vid. sup. n. 272.

** Eutropius Sophista natione Italus, vixit saeculo IV. Scripsit inter alia libris huius recensens decem Historiam Romanam, librum undecimum et sequentes addidit Paulus Diaconus, unde occasio fuit Sigeberto et si Trithemio illum inter Scriptores Eccl.

occurrit igitur i.º Romona seu Romonia | Maynland | cæterarum præcipua. ripibus cingitur, qua illam adversus ventorum vehementiam tuectur. Sita est ad Septentrionem Hojæ | Hoy | Insula. Habet Stanni et plumbis metalla, ex quibus tamen insole exiguum capiuntur. Quatuor in ea numerantur parochie. Occurrit etiam laus ad quatuor miliaria portibus,

in quo magna parvorum Salmonum copia invenitur. Litterae
 saeleibus ita abundant, ut 12. miliaria in longitu-
 dine et tria in latitudine occupent, sibi invicem adeo
 firmiter adherent, ut retia, quibus capiuntur, pro-
 nimia eorum copia saepius dirumpantur. Haec
 Insula confundi non debet cum Mainlandia seu
 Mainlandia [Meinland:] una ex Schettlandicis In-
 sulis. Hic notatur Duntaxat

hastuos rearsendi,
 quamvis incertum
 sit fueritne Chris-
 tianus an non.
 Haec historia sub
 titulo Breviarii Ro-
 mani etiamnum
 adhuc nota est.

Cracovia seu Cracovia, item Kirkwallum vel
 Kirchwalia [Kirkwall, seu Kirkwall:] Urbs seu Op-
 pidum unicum, quod in Orcadibus Insulis occurrit, ut
 qua non nisi viros contineant. Dani longa tem-
 porum serie Urbem hanc possidere, a quibus Cracovia
 fuit dicta. Situs ejus sequendus est gemine
 in Insula centro ad ripam Sinus, qui eoque protenditur.
 Unicam habet plateam ad milliare Anglicum porce-
 tam, quam aedes concinna plerumque lapidibus fisci-
 libus tecta ex utroque latere stipant. Adest ve-
 tus castrum Regium, cujus muri aedes densi sunt, ut
 intra se amplas carceras contineant; modo penitus
 ruinorum est, ac velut devastatum; attamen proderunt
 ejus reliquia olim munitissimum ac praestantissi-
 mum fuisse. Non procul ab ipso visitur splen-
 didum palatium a Roberto Reid olim ibidem Episco-
 po sub Maria Regina adificatum. Hic enim sedem
 habuere Orcadum Insularum Antistites, Metropolita-
 no S. Andreae Suffraganei.

Ecclesia Cathedralis praecipuum est Urbis hujus seu
 Oppidi ornamentum, S. Magni nomen habuit, qui
 juxta communem traditionem primus hic fidem
 Christianam praedicavit et invenit. Ajunt in cae-
 pum, ex quo Sanctus hic vir bibere solitus fuit,
 adhuc aservari. Bulcherina est, et ex porpo-
 litis quadris constructa, 28. columnis ex utraque
 illius parte posita fornicem sustinent, totque in ea
 sunt porticus, ut labyrinthi speciem peregrinis exhibeat.
 Centrum illius occupat Campanile qua-
 tuor magnis innixum columnis; illud memorabile
 quod tot contignationes, cochlidia, et camerae
 in eo sint, ut peregrini sine ductore in illo nec
 ascendere nec descendere valeant; insuper adeo forte
 et solidum est, ut 50. viri adversus 1000. majoribus
 tormentis bellis destitutos se tueri possint. Cam-

o.
 61.
 62.
 63.
 64.
 65.
 66.
 67.
 68.
 69.
 70.
 71.
 72.
 73.
 74.
 75.
 76.
 77.
 78.
 79.
 80.

18. hor.
 et, at
 1. Sctis
 Margari-
 on habe
 Inu
 recunt
 entis, in
 t. unius
 bialibus
 Solu
 a. tam
 excedit
 utur
 es quae
 riantur
 fphas
 lapides
 vnes.
 tio tur
 las om
 t, at
 quida
 domi
 s. ibi
 nes,
 rum
 non
 leant.
 namo
 mphu
 remi
 otom
 getru
 s. hic
 reipis
 tarum
 y. ven
 entis.
 et plun
 junt
 aochie
 onchis

pana in eo pendente adeo inter se se harmonico ordine
disposita ut gratum auresque simulentem edant
sonum.

2^o Hoya | Hoy: | Insula Bomona ad austrum colorata, et
excelsis montibus repleta. 12. miliaribus Anglicis longa
est, et 8. lata. In duas partes distribuitur, quarum
una proprie Hoya | Hoy: | nuncupatur, altera Wayes,
simul tamen non nisi unam efficiunt Insulam. Pars
illa, quae Wayes dicitur apprime fertilis est, et admodum
populosa; quosdam praestantes habet portus, inter quos
praecipue celebratur Northopius | Northhope: | quod
ad piscationem commodissime situs sit. Pars
altera per tumescentem maris aestum à priori distin-
quitur, omnium Orcadum Insularum altissimis mon-
tibus et profundissimis vallibus instructa, adeo tristis est,
ut vel illius aspectus horrorem injiciat. Multae Sibati-
cae oves in ea vagantur, quae difficile capiuntur. In
Rora proalto et confragoso hujus Insulae promontorio
| Rora Head: | solet avis quaedam, quam Insole Lyes vo-
cant, nidum suum construere ~~seorsum~~, magnitudine ana-
tam circiter aequat, necnon adeo pinguis est, ut nullum
ferme maieci vestigium in ea deprehendatur, ejusque
sapor vix satis deprecari potest. In quadam inter
duos excelsos montes colorata valle occurrit Saxum
pignori lapis | the Dwarfy Stone: | dictum, 36. pedibus
longum, 9. spicum, et 8. latum, arte excavatum est,
per quadratum foramen in illud patet aditus, cujus
janua lapis est ejusdem seum dimensionis, intus in
uno latere occurrit lectus lapideus artificiosè exulptus
una cum pulvinari, in quo dua persona commodè si-
mul cubare possunt; in altero sunt scamna lapidea,
et in medio focus una cum fumaris: habitaculum
istud ab omnibus vicinis domibus miliaribus Anglicis distat,
procul dubio olim Eremita alicujus cella fuit. In uni-
us horum montium summitate occurrit fons, cujus
aqua clara admodum est et dulcis necnon adeo levis,
ut quis eam in magna quantitate bibere valeat, quin
tamen inde fiat gravior. In illorum apicibus Sol
tempore Solstitii aestivi nunquam occidere videtur.

Ad Septentrionalem hujus Insulae plagam unica
reperitur Eulercia et Nobilis cujusdam viri villa una
cum aliquot tuguriis; adhaec etiam vari locus,
qui omnis speciei piscibus, praesertim toutis, abun-
dant.

3^o Shapiasha | Shapius seu Siapius: | ad Orienta-
lem Bomona partem versus Septentrionem posita.

Longitudo ejus est 6. miliarium Anglicorum et latitudo
trium. Solum habet aquie fertile ac in aliis vicinis
Insulis, necnon portum optimum. Adest etiam Eccl-
esia parochialis.

4.º Sanda | Sand: | fertilis quoque est et incolis
admodum frequens, ultra de ea memorandum nihil
occurrit.

5.º Stronsa seu Stronza | Strons, Strons, et Stronass: |
Sex miliaribus Angliis Longa, et tribus lata dicitur.
quatuor miliaribus ad Septentrionem ab Ida | Heth: |
et totidem ad orientem à Sanda distat. Commodum
portum habet, in quo piscatores Scotici et Hollandi-
ad piscaturam versus Schetlandicas Insulas pergentes
se reficiunt. Solum ejus fertilissimum est, proinde
ipsa populosa. Ad meridiem peninsula illam ter-
minat, in qua prater glebam ferre nihil occurrit.

6.º Ida | Heth: Sanda et Stronsa ad meridiem
posita. Ipsa et Stronsa unicum habent parochum.
Ceterum de ea sicut et de ceteris Orcadibus Insulis ni-
hil, quod memoria dignum sit, notandum occurrit.

§. II.

De Insulis Hebridibus.

497. 99.

Insula ad occidentem Scotiae posita ab hoc suo situ
vulgo ac communiter Insula Occidentales, Anglice
The Westernes Islands, seu simpliciter Westernes,
Scotice Inch-Galles, vocantur. Veteribus Hebri-
des, Ebrides, Edubra, Ebrudes, Ebruda, Habuda, Ae-
moda, Hemoda, Aemoda, et Aebuda dicta fue-
runt. Juxta earum amplitudinem in tres classes di-
tribuntur, scilicet in majores, minores, et minimas;
primi ordinis octo numerantur, secundi sex, et tertii
triginta novem, siquae universim quinquaginta
tres. Omnia ex parte fertiles sunt, ipsarum
Incola vero plerumque rudes et bardi.

Sama est inter illos reperiri multos, qui quam-
dam apparitionis speciem habent, qua patria lin-
gua Second sigth, id est Secunda visio nuncupatur,
estque representatio carnis in jussam alicubi aventu-
ri, qui illius, quem afficit, menti adeo imprimetur,
ut, quamdiu hac visio durat, nihil aliud videre
aut cogitare valeat, ac proinde, juxta rei represen-
tatae conditionem, latetur aut tristetur: E.g. qui
hujus Secunda visionis facultate pollet, contempla vi-
debit notam aut ignotam personam quandam, que

alibi tradatur, ac eo loco et hora, de quibus visio habita fuit, vel saltem paulo post, id infallibiliter accidit, imò experientia conpescitur est, quòd eorum, quibus hujusmodi visiones sapienter obveniunt, aliqui tempus, quo res representata completur, accuratè designent. Qui talibus visionibus seu presagitionibus affici solent, ab iis liberos se esse cuperent, ut quibus multum inquietentur, postquam suam queruntur. Sensati, sagaces, et docti viri paucè immensi de harum visionum veritate nullatenus dubitant; proinde Philosophi et Theologi hic habent, in quod cogitationes suas conferant.

Inter has Insulas sequentes à nobis recenseri merentur.

1^o Scia, seu Skia (Skye, seu Sky;) magna Insula e regione Rossia ad Occidentem posita, ei 42. miliaria longitudinis et 12. latitudinis tribuuntur. à continente Scotia exiguo fretò distinguitur, quòd in quibusdam locis ultra quingentos vel sexcentos passus latum non est. Magnus sinuum et promontorium, quibus transcenditur, et quae expansas alas referunt, numerus efficit, ut Skina Ka, id est ~~Skina Ka~~ Alata nuncupata fuerit; consuetudo autem voluit, ut communiter Skia quòd alam significat, vocetur.

Quindecim vel sexdecim maris sinus, qui in ea offendentur, haleribus replentur, et quinque majores fluvii, quibus irrigatur, erant sunt rivites, qui et minores pervadunt. Occurrit etiam in hac Insula lacus ~~exiguus~~, cujus centrum Insula habitatoribus frequens occupat. Solum ejus formento et pasuis foecundum est, Montes et silvae feris abundant, ipsa vero populosa est, in eaque quinque numerantur castella. ad Septentrionem permultis exiguis Insulis velut obrita est, inter quas praeminent Scalpa et Raarsa, quarum silvae cervis abundant. Banhi, pisces sanabiles, Caetti, passeres marini, p. copiose littora occupant, ut et ostrea necnon variarum specierum concha, quae, ubi salina seu regressus maris accidit, affatim capiuntur.

In hac Insula etiam sunt variè inque amplè et ad septem miliaria Anglica ponenti spem Subterranei, ut et varia monumenta, quae lapides cum seorsim tum simul et glomeratim positi exhibent, quorum vera historia proculdubio deperdita necnon variis fabulis depravata fuit. Ad littora adhuc supersunt rudera variorum Castrorum, quae olim à Danis excitata fuisse videntur. Hinc inde etiam eremicolarum tuguria occurrunt. Gleba et carbonibus bituminosis Insula ignem excitant; numerosam quoque equorum vaccarum, ovium, caprarum,

et suam copiam alunt. Adnotet etiam variorum spe-
cierum aves, inter quas Falcones et Aquila primatum
habent. Notantur hic

Dundonalda | Dundonald seu Dundonal: | Ubs, de qua
nihil dicendum occurrit, nisi quod Caput sit provincia
et Dunvega | Dunvegen: | itidem Ubs in occidentali
ejus littora posita, ne non insigni portu instructa.

2^o Mula, Malles, et Mella | Mül seu Mull: | non
procul à Lochabria et Lorna distant, Insula Scis ad
meridiam collocata. Longitudo ejus est 24. miliarium
Anglicorum, et latitudo fere totidem. In ea dua
numerantur parochie et duodecim Ubes, quarum pra-
cipua est Doxartum | Doxart: | in promontorio ad os-
tuarium, quod Lochabriam à Lorna sejungit, posita
cum eximio portu. Reliquae notari haud merentur.

Insula haec ad appellendum percommoda est. Illius
hordei, et avena, pecorum, quorum caro admodum est
sapiida, volatilium, et ferarum abundantia celebra-
tur. Equos habet paucos quidem sed alares, item pul-
cherimos Falcones. Laus, fluvii aqua ac mare
copiosos pisces suppeditant. In lacubus specialiter
multa sunt trutta et anguille, ac in fluvii multi
croci. Sinus Lefanus | Lefan: | halibutibus et conchis
abundat.

3^o Jura sive Yra Mula ad meridiem et Ila
ad septentrionem posita est, ab Ila fretis periculoso,
quod Fretum Ila dicitur, atque decem miliaribus An-
glicis longum est, et duobus latum, speratur.

Longitudo ejus est 24. miliarium Anglicorum, et la-
titudo sex usque septem. Argathelia attribuitur
ac ad hujus nominis Quercem pertinet. Saluberrimis
Scotia regionibus adnumeratur, et vix alibi inveni-
untur homines, qui hujus Insula Incolis longius vitam
protrahant. Feras et pecoribus abundat, et in
ejus aquis et littoribus excellentes capiuntur Salmones.
In ea quoque varii occurrunt fontes minerales, inter
quos unus est, cujus aqua Stomachi nauseam seu fasti-
dium depellit et calculo medetur. Locus hujus In-
sula primarius eodem cum ipsa nomine insignitus est.

4^o Ila seu Yla et Hyla | Ila, Ila, et Gil: | posita
ad meridiem Jura, et ad occidentem Cantyre, 20. circi-
ter miliaribus longa est, et 10. lata. Quidam
arbitrantur eam esse Epidium seu Epediam veterum.
Quamplura pecora et feras alit. Laus ejus ac flu-
vii Salmonum, trutarum et Anguilharum, p. dicitur
sunt. Adest etiam fons medicinalis, qui variis morbis
medetur. Occurrunt quoque plumbi fodina, et co-

is habit
curit, in
ibus ha
impus, qu
ent. In
leant, ab
inguet
lagae,
un vira
Theleg
vant.
meritas
Insula
2. miliar
a contin
ad an le
non est.
msecind
efficit,
muga
ntar
ca. offe
s. fluv
mum,
leus op
upat.
Mon
in
ten-
est,
um sil-
laethi,
otica
lalaie
angli
Sub-
des cum
libat,
nemor
ra adu
luna à
tiam
et car-
umero
rum,

o.
61.
Bre
nis
i.
c. i.
2.
40.
1.
6.
10.
2.
3.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.

16.
piosa calcis glaba. In ea quoque varii sunt specus sub-
terranei, quorum unus adeo amplus est, ut ducentos ho-
mines continere valeat. Hæc etiam quatuor Ecclesie
numerantur, quarum præcipua S. Columbari dicitur,
et una Capella. In hac Insula olim Magdonaldus
Princeps Regiam habuit, cuius rudera adhuc supersunt.
Titulo Comitatus gaudet, atque ad familiam Mackleanam
pertinet.

5^o Jona seu Insula S. Columbari [Jone, sive Colum-
kil:] à venerabili Beda Hy, Hii, et Hu nuncupatur,
ad Africum Mula posita duobus miliaribus Angliis longa
est et uno lata. varii coloris marmor ac pulchris venis
ornatum in ea offenditur. Littus ejus saxa occupant,
ibidque inutile reddunt, Maris ætus hic quoque imper-
tuosus est. Picti eam Scotiis Monachis Jonasse di-
cuntur in gratiam, quod Evangelium ipsis annuntia-
sent; at quidam id de Insula Hoja referunt, quod
tunc temporis Hebrides Insula ad eos non pertinerent.

Horum Monachorum præcipuus S. Columbanus Pic-
torum Apostolus, à quo et Insula nomen accepit, in
ea duo Monasteria fundavit virorum unum et mulie-
rum alterum, que semper subsisterunt, donec Scoti
circa medium sæculi XVI. Calvinismum amplexi Mo-
nachos hos et Moniales expulerunt. Hæc etiam
Sedem habuit Hebridarum Insularum Episcopus. Quia
ibidem supersunt mausolorum Scotia Regum et Hebri-
darum Insularum Principum, cum inscriptionibus, qua-
rum tres sunt legibiles; Media hinc terminis concepta
est: Tumulus Regum Scotia, que dextram tenet mem-
orat ibidem sepulturam esse Regum Hybernie, que verò
ad sinistram est notat hic sepulchrum esse Regum
Norvegia: numerantur 40. Reges Scotia, 4. Hyber-
nia, et totidem Norvegia, qui hoc loco tumulati
fuerunt. Ibi etiam est tumulus Magdonaldi
Ula Principis, item Mackleanorum propagatoris, p.
Ecclesia adest, que S. Maria dicitur, coram formam
refert, ampla est magnisque habet campanile, nec
non altare marmoreum. Adhujus Ecclesie Meridi-
em alia extat S. Urano [S. Duran:] qui in ea Sepul-
tus dicitur, consecrata;

Historia memoria proditum est, idque venerabilis
Beda testatur, hanc Insulam Seminarium Clericorum,
ibidque Ecclesiam omnium Scotorum et Pictorum Sta-
tum metropolim fuisse, ac quamvis Abbas non nisi
Presbyter esset, totius tamen provincie Clerum in-
ctiam Episcopus ipsi paruisse.

6^o Firipus [Firip, Firis, Firyp:] Sita est hac Insula
prope Colam versus Africum, à qua exiguo freato distin-
quitur, cuius medium occupat Grana parva Insula.

rum maxima Suis ad caurum posita. In duas partes
distribuitur Septentrionalem videlicet, quae proprie Leo-
gus | Lewis: | vocatur, et Meridionalem, cui nomen Har-
ria | Harray et Harries: |. alias etiam Longa Insula
| Long-Island: | nuncupatur. 60. et aliquot miliaribus
longa est, et 16. lata. Frumenti, praeterea spel-
ta, hordei, et avena ferax est, p. Equos habet minores,
quam alibi, verum ad opera domestica utiliter adhi-
bentur, necnon exiguis sumtibus aluntur; pecora illi-
us etiam parva sunt, at caro eorum exedit. Suis
et portus pisces affatim subministrant, ad quos etiam bale-
na interdum accedunt; ibi quoque coralliorum et mar-
garitarum conchyliis reperuntur. Laniis tritis et an-
quidis, fluvii vero Salmonibus abundant. Ad litte-
ra sunt subterranei specus lythrorum, vitulorum marina-
rum, asteriarum seu phocarum, et avium marinarum
latibula. Occurrunt etiam loca quaedam natura et
arte munita.

Inter Hebrides Insulas locum quoque obtinet Arra-
nia | Arran seu Aven: | De qua vid. Sup. n. ~~62~~ 63.